

ÆNEÆ SYLVII
PICCOLOMINEI

POSTEA

PIII PAPÆ
HISTORIA BOHE-
MICA.




HELMESTADII,

Sumptibus JOH. MELCHIORIS SUSTERMANNI,
ANNO MDC XCIX.

THE
LITERARY
MAGAZINE
AND
JOURNAL
OF
EDUCATION,
SCIENCE,
ART,
LITERATURE,
AND
POLITICS.

1830. VOL. I.



PRÆFATIO ÆNEÆ SYLVII

Tituli Sanctæ Sabinæ, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Seneris in historiam Bohemorum, ad illustrissimum Principem & Dominum ALPHONSUM, Regem Arragonum.



Nteritura esse quacunq; nascuntur, atque homines in primis, quos ea de causa mortales appellant, omnes norunt, plurimi damnant. Nam cur hominem natura fixit, cui negata immortalitate spaciū brevissimum vitæ indulxit. cornicibus & cervis, quorum nihil intererat, longissimum largit a est etum? Sed cui de natura operibus judicare permisum? quam nibile esse aliud, quam Deum vel Dei decretū dixerim. Ego illud mihi persuadeo, nisi mors introisset in orbem terrarum, ex duobus alterum fuisse necessarium: aut terra scilicet.

a 2

quam



PRAEFATIO.

4
quam incoleremus, amplitudinem sine fine patuissim
se, aut humanam generationem interdictam. Nam
quis mundi ambitus homines capiat, in horas absq;
mortis periculo nascentes? Tot præterea calamita-
tes hominem circumstiliunt, ut moris satius sit, quam
vitam producere miseram. Optabant fortasse ut-
cunque vivere, queis vita alterius adempta spes.
Quamvis et hujusmodi homines mortem sibi ali-
quando conciverint. At homini Christiano, (qui Deum
fabricasse mundum constanter credit, nec dubitat
illum gubernare, quæ condidit, iniquitatem quoq;
omnem ab eo alienam putat) sacri veteres noviq;
sermones fidem faciunt, qui animas ex corpori-
bus excedentes, in alia loca meare tradunt: in queis
pramia pro benefactis, supplicia pro malefactis ex-
pendant, quamvis in hac mortali vita, et viros
bonos in adversis rebus oppressos, et iniquos homi-
nes sapientiæ blandis fortuna afflatibus in subli-
meraptos cernimus. Licet in omni gente, quæ sub
caelo est, hoc videre: Bohemia tamen testimonio sa-
tis fuerit. In qua nostra ataterejecta Romanæ ec-
clesia obedientia, conculcata parentum religione,
sacerdotibus Christi occisis, fanis sanctorum diru-
sis, sine fide, sine bonis moribus, in latrociniis, in
adulteriis, in omni spurcitia viventes, adversus
potentissimos reges, innumerabiles populos, peritissi-

mos

mos duces, strūctissimos exercitus invicti perstiterunt, ex quibus plerique ad hoc avi pervenere deliciis affuentes, plerique cum diu ex arbitrio vixissent, non morbo, non gladio ex hac luce, sed natura necessitate senio confecti abierunt, ut si nihil aliud quam presentis vita cursum animo volvas, beatos judices, qui tot victoris potiti, apud suos cives charissimi, inter opes quam plurimas inoffensi morbis, quantum homini licet, etiam produxere. Contraria vero infelices dicas, ac superis odiosos fuisse, qui pro lege patrum custodienda, pro veritate, pro justitia, pro honestate, aut in exilio pauperes obiere, aut in medio vita cursu rapti, ante ora suorum miseraibili cruciatu necati sunt. Sed verissima est Christiana religionis assertio, quae post vitam hujus seculi patere alteram afferit, his qui religiose vixerunt jucundam & beatam, reliquis molestam & infelitem. Cui sententia & Iudai & Saraceni & gentiles, & ipsi quoque Philosophi consentiunt, quos veri consciens & humana vita magistros putant. Nemo homo est, cui non insit aliquid boni, & id Deus in terra, & hac transitoria vita remunerat. Neque enim mole malorum obstante cœlestem conferre lucem potest. Virtus apud inferos plectuntur. Viris bonis, quaeis terra clausa est, cœlum patet. Peregrina in terris virtus, in cœlo civis. Zischa igitur, Ciacbo,

Ciaccho, Prasco, quos felices Bohemi credidere, tot
præliorum victores, tanto imperio præditos, Co-
randa quoque & Jacobelius, quibus ut Apostolis
Christi, aut angelis è calo missis, populorum aures
patuere, cum Procopiis pugna casis, cum Joanne ac
Hieronymo Constantia in magna synodo igni da-
mnatis, apud inferos pœnas dant temerata religio-
nis, in aeternumq; dabunt. Eosq; procul dubio Ro-
chezana seqvetur, & qvi ei auscultant, divina le-
gis temeratores, nisi ante finem vita suæ resipuerint.
Viri constantes, qui vel exilium vel carcerem vel
cadem pro testamento Christi fortiter pertulere, cum
rege suo in cælo regnant, ex aliena victoria trium-
phantes, qvorum multa millia Bohemia tulit. Nam
sicut Hussitarum insania Bohemicum nomen labo-
factavit, ita & fortium virorum constantia illu-
stravit. Nec provincia est, qua tempore nostro
plures Christi martyres quam Bohemia produxerit.
Inter qvos eqvitatem fuisse non est ambiguum, nobili-
bus parentibus ortum, quem captum ab Hussitis, ad-
motum ignibus, pedes primum, deinde tibias, mox
genua coxasq;, postremo reliquias corporis partes ex-
uri passum potius, quam illorum insania consentiret.
Admiranda sunt, qua tempestate nostra inter Bo-
hemos, emere, sive pacem sive bellum recenseas.
Mibi vero, dum valetudinis causa in balneis Viter-
biensibus

PRÆFATIO.

7

bienſibus ago, procul ab negotiis Curiae, haud indigna
cura vifa eſt, res Bohemicas ſcribere, atque homi-
nibus noſtris ex Barbaris, quæ partim vidimus, par-
tim vero auditus accepimus, digna memoratu nota-
efficere. Sunt enim multa, quæ in communi noſſe
perutile eſt. Et dum cogito, cuius potiſſimum nomi-
ni dedicem, tu primus occurris, qui ſeculum no-
ſtrum non doctrina ſolum ac bonis moribus, ſed ſplen-
dore quoque rerum gestarum exornas, & quæ clariſſimum
quoddam ſyndus illuſtras. Tibi ergo Bo-
hemicam historiam dedico. Nam tuo nomini inſcri-
pta, facile cum rerum tuarum noſitia, quæ doctiſ-
ſimi celebrarunt, ad posteros transferetur: quam ego
ab origine gentis in hanc usque atatem, ſi Deus da-
bit, producam. In qua et ſi vetera digna ſunt me-
moria, illuſtriora tamen nova existimo, quæ tum
certa, tum admirabilia ſunt. Nec mea ſententia
regnum ullum eſt, in quo & vo noſtro tot mutationes,
tot bella, tot ſtrages, tot miracula emerſerint, quot
Bohemia nobis oſtendit. Hac ego tua Majestati li-
bens pandam. Vale: & quod ab homine deditiſſi-
mo tibi mittitur, quodcunq; eſt, legito,
boniq; conſule.

CAP.

AENEAE SYLVI

CAP. I.

Desitu regionis Bohemicæ, de fluminibus ejusdem, & civitatibus ac de Bohemorum moribus.

Bohemia in solo barbarico trans Danubium sita, Germania portio est, Aquilonis flatibus tota ferme exposita. Cujus ad Orientem vergens latus Moravi obtinet, & Silesiarum natio: Septentrionem iuidem Silesia & Saxones, qui & Misnenses & Thuringi appellantur. Ad Occidentem Advocatorum terra est Bojoariorumque regio. Meridionali plagam tum Bojoarii, tum Australes habent, qui ripas Danubii utrasque accolunt, nec alia Bohemia quam Teutonum terra coniungitur. Regionis longitudo latitudocq; penè par: nam formam rotundam ferunt, cuius diametrum trium dierum itinere expedito patet. Silva universam claudit, quam veteres Herciniam vocavere, cuius & Graeci scriptores & Latini meminerunt. Flumina, quæ terram irrigant, universa in Albitm exonerantur. Hic in montibus exoriens, qui Bohemiā Moraviāque distinguit, medianam ferme provinciam perlabitur, primo in Occidentem, deinde in Septentrionem versus, ubi provinciam relinquit, per angustias montium & abrupta convallia præcepit Saxoniam petit, quam duas in partes diuidens in Oceanum fertur, ubique à Rheno flumine atque terrarum spatio distans. Qvod plerique Germaniæ terminum, Sarmatiāque quondam dixerunt: sed nostra atate Oderam fluvium, qui Silesiam interflcat, & ipsum Visellam Prutenorum annem Germania prætergressa Albitm in alveo continet. Atmenz alii, quos Bohemi memorant, Orloze, quod Aquilam signat, Egra qui ex nomine oppidi, quod alluit, vocatur, in terra Advocatorum exoriens apud Litomericiam Albi miscetur, sed cunctos Multavia excedit, qui metropolim regni Pragam influit, hic Saczanaim & Lusmicum & Misam & Albitm secum trahit. Oppida, toto regno memorabilia, Praga regi pontificiæ honesta sedes: neque ignobilior Etrusca Florentia, tres in partes divisa, queis nomina indidere, parvam Pragam, veterem ac novam. Parva sinistrum latus Multavia

HISTORIA BOHEMICA.

9

Multavie fluminis occupat, colliqve conjungitur, in qvo sita est regia, ac sancti Viti pontificale augustumque templum. Vetus Praga in plano jacet, universa magnificis operibus adornata: inter quæ pretorium & forum & latram euriam, & collegium imperatoris Caroli, mirificis effuerunt laudibus. Jungit autem minori Pragæ lapideo ponte quatuor & viginti arcuum. Novam civitatem à veteri fossa disjungit profunda, utrinque munita muro, & in quam facile fluminis aqua derivari potest. Hæc quoque civitas ampla est, & ad colles usque protenditur, quorum alterum sancti Caroli, alterum sanctæ Catharinae appellant, tertium Vissogradum, in arcis modum exædificatum, ubi & collegium est, cuius praepositum, & cancellarium regni & principem vocant. Post Pragam Litemesce, altera in Bohemia pontificalis civitas, vicina Moravis. Cuthna quoque haud parvi nominis habetur: ubi argenti inexhaustæ venæ suffodiuntur, quamvis nostra ætate sapius capta exhaustaque fuerit: & in ipsas argenti fodinas pluviales aquæ derivatae. Nec Budvicium contemnere oportet, æquæ splendidum & munitum: habet etiam nomen Slagenverdum. Eadum, Luna, & ultraque Broda, altera Bohemica, altera Teutonica: Budinge Colonia, Litomericum, Poggiebracium, & quod regnis dotale dicunt, Grezium: potens insuper, & diutina obfusione memorabilis Pelzina, Zaziorumque civitas, & si Bohemiam deridis, Iglaria, qua iter est in Moraviam. Postremo arx hæreticorum asyliumq Thabor, memoria nostra ex ruinis alterius Hauschæ, diffici li loco conditum oppidum, & ab Sigismundo Cæsare civitatis honore donatum. Gelida prorsus regio, pilice atque armentis abundans, cum volucre ferisque frumenti ferax. Sicera pro vino utitur, illi Cereviani vocant, quasi ex Cerere factum. Ager toto regno optimus. Circa Zazium colles, apud Litomericum consti vineis. Vinum, quod nascitur, acerbum, ditiores ex Austria atque Hungaria importato utuntur. Sermo genti & Dalmatis unus. Mos vetus in hanc usque diem servatur, in templis sermone Teutonico plebes docent, in coemiteriis Bohemico, ubi secularium presbyterorum collegia sunt aut monachorum predia possidentium. Solis mendicantibus libertas fuit, qua vellent lingua populum instruere. Quæ res palam indicat, regionem ipsam olim Teutonicam fuisse, senilimque subintraisse Bohemos. Quod Strabonis testimonio confirmare licet, cuius hæc verba septimo

b

comment.

commentario invenies: Sennones, Svevorum natio, ut superius dixi; partim intra, partim extra sylvam habitat, Geiarum consermina gentis. Svevorum quidem gens amplissima, è Rheno siquidem usque ad Albim perveritatem suum, eorum etiam pars trans Albin loca depasatur, quemadmodum Emondori & Lançofargi. Haec Strabo. Plebs toto regno bibula, & ventri dedita, superstitionumque sequax, & avida novitatum. Quoties Crêtense vinum caupones venale proponunt, invenies quamplures, qui juramento adacti, nunquam cellam vinariam egredientur, nisi exhausto dolio. Idem efficiunt in eleætis Italie vinis. Qui paulo excellunt, atque inter plebem nobilitatemq; medii sunt, audaces, versuti, ingenio vario, lingua præcipiti, rapinarum avidi sunt, quibus nihil satis esse possit. Nobilitas gloriae appetens, belli perita, periculorum contemptrix, ac promissi tenax: quamvis ejus ingluviem explore difficillimum. At universum simul si expendas populum, non est qui religioni aduersetur. Sed profecto in omni gente, qualis rector, talis invenies & populum. Quomodo autem & unde hoc genus horniæum in Germaniam venerit, scripsi jampridem integerrimo & præstantissimo patri Dominico Cardinali Firmano, tua Serenitati amicissimo. Id hoc loco repetere non gravabor, quando historia, quam teximus, omnino quadrat.

CAP. II.

De origine gentis Bohemorum.

Bohemi sicut cæteri mortaliū, originem quam vetustissimam. Ostendere cupientes, Sclavorum se prolem asserunt. Sclavos autem inter eos fuisse, qui post universale diluvium condendæ famolissimæ turris Babel autores habentur: atque ibi dum lingue confusæ sunt, Sclavonos, id est verboſos appellatos, proprium idioma sumplisse. Relicto deinde campo Sennaar, ex Asia in Europam profectos, eos agros occupasse, quos nunc Bulgari, Servii, Dalmatae, Croaci & Bosnenses incolunt. Nondum ego quæmpiam legi autorem, cui fides adhibenda sit, qvitam alte sua gentis initium rediderit. Hebraeos excipio, omnium mortalium primos. Multi ex Germanis satis se nobiles arbitrantur ex Romanis ortos, Romani ex Teucris,

HISTORIA BOHEMICA.

ii

Teucris originem ducere glorioſiſſimum putant. Franci qui & Germani fuerunt, Trojanum se langvineti esse dixerunt. Eadem Britanni gloria ſatis eſt, qui Brutum quendam, exilio proſectum, generi ſuo principium dediſſe afſirmant. At Bohemi longe altius orſi, ab ipta conuolutionis turre ſe miſſos jaclitāt. Cæterū, nec qui tunc principes fuerint, nec quem regem habuerint, nec cujus terrae cultores extiterint, nec ſub quo duce, nec qvibus periculis in Europam venerint, nec quo tempore, tradunt. Fuiſſe illic Sclavonos ajuſt, dum labium universit terra confuſum eſt. Vana lauſ, ac ridenda. Qvod ſi qui Bohemos imitari velint, nobilitatem generis ex ipta vetuſlate quærentes, non jam exiſturri Babylonica, ſed ex arca Noæ, atque ex ipta deliciarum Paradifo, primisqve parentibus, & ab utero Evæ, unde omnes egrediſſi, facile fibi principia vindicabunt. Nos iſta tanquam anilia deliramenta prætermittimus. Omnes reges ex ſervis ortos, omnes ſervos ex regibus, ſcripsit Plato. Veram nobilitatem ſola atque unica virtus gignit. Multa ſunt, qvæ de Bohemis vera ac memorabilia traduntur; ad ea, nūgis omiſſis, feliſinat calamus.

CAP. III.

De Zechio, primo duce Bohemia.

Zechius Croatinus haud obſcuris parentibus ortus, gentem Bohemiam condidit: qui homicidio domi perpetrato iudicium ultiōnemqve fugiens, in regionem eam venit, cui nunc Bohemia nomen eſt: ac montem incoluit Chezip vocatum: qvod vocabulum latine, reſpiciens, interpretatur. Surgit enim ex medio camporum æqvore fluvios intuens, qui p̄cipui Bohemiam irrigant, Albim, Multaviam, atque Egram. Terram incultam ſuiffe tradunt, nemoribus atque ſentibus alperam, ferisqve quam hominibus aptiorem. Credimus id qvidem: nam priſci Germani, qui ea loca tenuerunt, paſtoralement vitam agentes, agrorum culturam neglexerunt, ac more Nomadum alimoniam ex pecoribus trahentes, dormeticum in carriſ tollentes instrumentum, qvocunqve fors tulit & opinio, cum ſuis armenis convertebantur. Non aſtentur Bohemorum historiæ, qvæ Zechium illum, omnemqve familiam suam.

b 2

(nam

(nam frater cognatiqve fugæ comites erant) glandibus ac fylvestribus pomis tantum vitam duxisse affirmat, obliterate jam tum glandium usū: nec post diluvium ex his suis hominibus victum credidem. Illud mihi persuasibilis fuerit; Zechium paucos invenisse cultores, quos lacte ac venatu viventes, arare terram, triticum serere, fruges metere, vesciç; pane docuerit: atq; ita sibi rudes homines ac penè ferros, ad usum mitioris vita redactos subjecerit. Nec rursus apud me pondus haber, omnia tum suisle communia atq; tam viros quam foeminas incessisse nudos. Neq; enim illa regionis temperies est, ut hominem asservare riudum queat ex Dalmatia venientem, ubi non defuit vestis usus: nisi fortassis in argumentum quis advexerit Adamitas, qui nostra tempestate apud Bohemos emersere, communione rerum omnium nuditateque gaudentes, quos brevi deletos constat. Zechio frater suus nomine Leches, paupertatis & exilii comes. Hic ubi germanum agri datum, bobusque potentem admixadvertisit, ad Orientem profectus, in magna camporum planicie sedem collocavit, Poloniāque nomen ex loco dedit. Nam planities Sclavonica lingua Pole nominatur. Cujus hæredes in numerosam multitudinem brevi coaluerunt, ac Russiam, Pomeraniam, Casubiamque, sui generis hominibus impleverunt. Zechii quoque familiam, Bohemos, id est, dirivos appellant, mirum in modum germinantes: non solum provinciam à se dictam, sed Moraviam Lusatiamque pulsis veteribus incolis occuparunt. Dum vixit Zechius, nihil temere, nihil tumultuose actum; ejus imperio sine controversia obtemperatum. At eo vita fundo, cum quisque sibi principatum vindicaret, diu seditionibus agitata provinciæ est, sine principe, sine certa lege, judicio tantum multitudinis gubernata. Postremo cum potentiores imbecilles opprimerent, serum atque incertum esset populare remedium, ex re visum est reorū assumere, qui omnibus præsidens imbecilles ac potentiores pari jure gubernaret.

HISTORIA BOHEMICA.

3

CAP. IV.

De Croco, secundo Bohemorum duce.

ERAT PER IDEM TEMPUS APUD BOHEMOS VIR NOME CROCUS, JUSTITIAE OPINIONE INSIGNIS, AC PROPTEREA MAGNAE APUD VULGUS AUTORITATIS: HUNC SIBI PRINCIPEM DELIGUNT, SUMMAMQVE EI RERUM COMMITTUNT. CUJUS TANTA MODERATIO FUIT, UT NON ALITER QVAM PATER A PROVINCIALIBUS COLETUR. NEQVE ENIM AD SUAM VOLUNTATEM, SED PRO SUBDITORUM UTILITATE AC QUIETE PROVINCIAM REXIT, FEROCEMqVE POPULUM NON TAM IMPERIO, QVAM BENEVOLENTIA QUIETUM CONTINUUIT. HIC ARCEM APUD STEMNAM CONDIDIT, QVAM DE SUO NOME CROCAVIAM NOMINAVIT. MORIENTE AUREM TRES FILIAS RELIQVIT, BRELAM, QVAE CASTELLUM BRELUM ADIFICAVIT, HERBARUM AC MEDICINÆ PETITAM. THERBAM SIVE THERBIZAM AUGUREM & FORTILEGAM. TERTIAM LIBUSSAM, QVÆ UT NATU MINOR FUIT, ITA DIVINARUM HUMANARUMQVE RERUM SCIENTIA MAIOR.

CAP. V.

De Libusso, filia Croci, qvæ pluribus annis rexit Bohemiam.

LIBUSSA AUTEM VELUT UNA EX SIBYLLIS HABITA, POST OBITUM PATRIS FAVELENTE POPULO PLURIBUS ANNIS PROVINCIAM GUBERNAVIT: & PRIUS QVAM PRAGA ADIFICARETUR, ARCEM VISSEGRADENSEM COMMUNIVIT: SUIQUE SUUM IMPERIUM PATRIBUS PLEBIQVE JUXTA GRATUM. POSTREMO NON CRUELDITATE ALIQUA, NON TYRANNIDE AUT SOCORDIA USA, SED RECTUM JUDICIUM FACIENS, POPULAREM FAVOREM AMISIT. CONTENDEBANT CORAM EA DUO EX OPTIMATIBUS DE POSSESSIONE AGRORUM. SENTENTIA EX BONO & SEQVO DICTA: POTENTIOR HUMILIORI DAMNATUR.ILLE TANQVM INJURIA ESSET, POTENTIOREM IN JUDICIO SUCCUMBERE, POPULARES APPELLANS, INDECORUM ESSE INDIGNUMq AIT, TANTUM POPULUM, TOT PROCERES, TANTUM IMPERIUM, UNIUS SCANDINA SUB ESE ATBITIO. AD CUJUS VOCEM EXCITATA MULTI TUDO, MULTIEBRE REGIMENT ACCUSARE, VICINARUM GENTIUM MORES IN MEDIUM ADDUCERE, VITUM QVI SIBI DOMINETUR, EXPETERE. LIBUSSA, INDICTO

b 3

SILENTIO,

silentio, desiderium se populi animadvertisse dicit, neque se illos eo frustraturam, imperium subditis, non sibi, post patris obitum tenuisse. Jubet ad diem posterum redcant. Obtemperatum est, itum atque reventum.

CAP. VI.

De Primislao tertio Bohemorum Duce.

Libusia in concione ubi adesse multitudinem vidit, *Ego vobis*, inquit, *Bohemis* in hanc suæ diem, placide molliterq; ut mulieribus mosest, imperavi: nulli quod suum esset eripui: nullum laeti. Matrem experti essem, non dominam. *At vobis meum regimen ingratum.* More humani ingenii mecum agitis. Nihil diu placet homini. *Piam jactumq; principem* desiderant populi magis quam ferunt. Etoce ergo iudicatu mea liberi: virum qui vobis praefit, quiq; suo arbitratu capita vestra judicet, sicut opaftis, dabo. Ite, equum meum albicantem sternite, atque in campos latè patentes adducite, liberum effrenemq; ibi dimittite: sequentes eum quoque ieris. Curret equus aliquandiu, denique ante virum subsistet, in mensa ferrea comedentem: ille mihi conjunx erit, vobis præcepti. Gratus sermo concioni fuit. Emissus equus decem millia passuum percurrit. Postremo ad flumen Bieli ante aratorem constitut, nomine Primislaum. Secuti proceres popularesque postquam stantem eqvum, & aratori blandientem adulantemque viderunt; accedentes propius, *Salve, inqvint,* bone vir, quem nobis superi dederunt principem. *Salve boves;* atque ascenso equo nobiscum venito. *Libusia te virum, Bohemia ducem poscit.* Agrum, colere, gregem pascere, navim regere, texere, suere, ædificare, multa se ignorare fatentur. Magistratum in urbibus agere, regem gerere, gentibus ac nationibus imperare, quod est difficillimum, nemo sibi à natura negatum dicit, ethi plerique sive laboris odio, sive otii amore oblatis regnis abstinuerunt. Primislaus, quamvis agrestis, nuntios benignè excipit, facturumque postulata respondit. Tanta est mortalibus regnandi cupidio, nemo se regno indignum putat. Solutos boves, ut fabulosa est omnis antiquitas, elevatos in aëra ferunt, & in altissimam præcessisse rupis speluncam delituisse, nunquam postea visos. Stimulati verò, quo boves urgebantur, terræ defixum, mox fronduisse,

HISTORIA BOHEMICA.

15

ac tres coryli ramos emisisse: ex quibus duo statim exaruerunt, tertium in arborem ejusdem generis proceram excrevisse. Non recipio ad me veri istius periculum, apud autores ista querantur. Vidi tamen inter privilegia regni, literas Caroli quarti Romanorum imperatoris, divi Sigismundi patris, in quibus haec tanquam vera continentur, viliaeque illius incolae, in qua haec gesta creduntur, libertate donantur, nec plus tributi pendere jubentur, quam nucum illius arboris exiguum mensuram. Sed nec mihi Carolus fidem facit. Nam Reges plerumque creduli sunt, nec quidquam non verum putant, quod generis sui claritatem astruit. Primislaus igitur audit a legatione, inverso vomere, pane caseoque apposito, viam quasi grandem facturus, cibum sumpsit. Eares Bohemorum animos confortavit, mensam ferream, de qua Libussa vaticinata fuerat, in vomere cognoscentes. Stupentes edentem circumstant, saturum equo imponunt, jubentque festinare. Inter eundum, quid sibi vult stimulus frondens? interrogant, & cur duo rami mox aruerunt? Ille, qui divinandi peritia callret, tres sibi liberos nascituros ait, ex quibus duo funere immaturo deficiant, tertium nobiles fructus editurum. Quod si ager totus aruisset ante vocationem, genus ejus masculinum perpetuo regnaturum fuisse: cum ante tempus acceritus sit, eam spem ademptam. Interrogatus, cur nam caeleos querendo robore factos secum afferret: Servandos in arce Vissegradensis respondit, ostendendosque posteris, ut scirent omnes primum, qui principatum inter Bohemos accepisset, ex agro suisse vocatum, neque insolendum esse, qui ex humili fortuna solium ascenderit. Servati calcei diu apud Bohemos, religiosis habiti, ac per sacerdotes templi Vissegradensis ante reges delati, dum pompa coronationis educitur. Cum Vissegradum appulisset Primislaus, ingenti favore plebis atque honore exceptus est: Libussamque sibi matrimonio junxit. Nec diu moratus, Pragense oppidum aggere atque muro cinctum. De cuius nomine duni disceptaretur, jussit Libussa ex artificibus, qui primo occurserit, togari quid ageret, ac ex primo verbo ejus vocari oppidum. Interrogatus faber lignarius quispiam: limen se agere dixit, quod Bohemice, Praha dicitur, indeque nomen urbi datum. Sed corrupto vocabulo posteri Pragam dixerunt. Exinde leges condidit, quibus Bohemi longo tempore usi, provincia pace & otio fruens, opibus aucta est. Et Libussa castellum Libus adificavit,

ficavit, non longe ab 'Albi flumine: qvod morienti sepulchrum fuit, Qva mortua, imperium ad Primislaum solum redit, qvod, vivente conjugé, ejus maximo consilio administravit, sc̄eminarum, qvæ illa vivente plurimum poterant, autoritas extincta.

CAP. VII.

De puella Valasca, qvæ principatum Bohemia more Amazonum, septennio potenter obtinuit.

Sed fuit inter virgines, qvæ Libussa ministrare solebant, Valasca puella ingentis spiritus & Amazonicæ mentis, qvæ clanculum ac cerlitis comitibus, Heram, inquit, ò sorores perdidimus, qvæ nos à virorum contumelia vindicavit, nec passa est servire viris: contra viri ejusdem imperium subiere, nos Reginarum honore fungebamur. Nunc jugum asperum & miserrimum ferre oportet, nisi libertatem nobis ipsi vendicemus, vilissima mancipia sumus. Qvod si vobis id animi est, qvod mihi, facile præstianam autoritatem obrinebimus. Ego secretorum Libussa conscientia, Therbiza quoq[ue] sortes novi, herbarum viro non minus qvam Brela calceo: qvod tres habuere sorores, hoc mihi soli datum est. *Adsistite andent, vobis imperium in viros polliceor.* Proabant singulæ Valascæ consilium, conjurant, poculum recipiunt, qvo virile genus odissent. Interea loci Primislaus virginem sibi per quietem sanguineum ministrare potum videt. Territus somno, ac malum, qvod erat futurum, suspicatus, primores terræ admonet, ne tantum licentia sc̄emineo, sexui præbeatetur. Mos enim virginibus erat equos ascendere, fatigare cursu, flectere in gyrum, hasta contendere, gestare pharetram & arcum, sagittare, jaculari, venari, nihil officii virilis omittere. Qvod Primislaum tum periculosum, tum bonis adversum moribus videbatur. At proceres ridere principem, sc̄emincum sexum nil ausurum magis credere. Mirari tanto magis atq[ue] amare puellas, qvanto agiliores ac doctiores dicerentur. Valasca monere interdiu noctuq[ue] conspirationis socias, spem bonam facere, audaciam augere, poculis atq[ue] carminibus mentes éarum à virorum amore avertire, dietim plures

plures allicerē, provinciam universam veneno inficere. Ubi jam virginum ac nuptiarum satis convenisse arbitratur, mandat omnibus suos viros, parentes, germanos, filios matres, omnes somno vinoqve sepultos nocte occidant, armis equisqve arreptis, in campum prodeant, non longe à Praga monstratum. Maturatur scelus, virorum quantum imperatum erat interficitur, veniunt in campum armatae foeminae, prostratoqve virorum exercitu, qui parricidas insequebantur, ducem in arce Visegradensi obsident. Quam cum expugnare nequivirent, castellum sibi haud procul inde in praerupto undique colle naturaqve munitissimo edificant, quod Djevizum appellant, quasi virginum castrum. Dieviza namqve eorum lingua virgines nuncupantur. Res visa patribus plebiqve perniciossima, tum propter admissum scelus, tum qvod illarum exemplo reliquas adduci foeminas verebantur, & hostem cuiqve domi esse formidabile fuit. Hortantur itaqve principem, ut puellas bello coercent, se cum copiis affuturos promittunt. Primis lapsum se à Diis admonitum ait, periculos omnes, qvi puellas armis lacefant, tempus aliud expectandum. Illi spredo consilio, coacto sine principe exercitu, castra ad Djevizum ponunt, puellasqve cingere obsidione pergunt. Valasca nil territa, in majori discrimine majorem adhibet animum, conites ne mente labantur, plena fiducia hortatur, advenisse tempus affirmat, quo toti Bohemiae leges imponant, videre se omnes provincie optimates in suam potestatem venisse, vires tantum acuant, victoriam in manibus esse. Neqve novum viros mulieribus obedisse, Amazones sibi Asiam vectigalem fecisse, pugriasse ad Trojam, Thesei atqye Herculis arma contempisse. Si consilium atqve animus mulieribus adsit, vires haud quaque deesse, nullius Bohemi consilium suo praeserre. Ubi persuasum multitudinem animadvertis, palantes hostes & iul tale verentes, aggreditur. Fit trepidatio totis castris. Mox scēda oritur fuga, instant virgines, virosqve passim trucidant. Neqve aliter pugnatum est, quam si muliebres viri animos, viriles foeminae induissent. Pauci ex ea pugna evaserunt, qvos velocitas eorum, non sua virtus, à morte redemit. Singularis audacia in hoc prælio septem puellas suisse memorant, Maladam, Nodeam, Svataciam, Vorastam, Radgam, Zafianam, Tristanam: Reginam sua manu septem viros interenisse. Spolia ingentia capta, præmia pro meritis redditā, septem qvæ virtute

tute præstiterant, torqvibus aureis atqve armillis donatas, Valascam veluti deam habitam, neqve post id prælum Bohemis adversus pueras audaciam fuisse. Illæ populari agros, abducere prædas, rapere, occidere, villas incendere, potentiam indicis augere, fingere interdum se virorum amore teneri, amatoria epistolas nobilibus adolescentibus mittere, detestari fastum atqve insolentiam Valascæ, simulare fugam, rogare, ut in sylvam potenti manu venirent, ac se raparent. Juvenes qvi puellarum facinora magis admirarentur qvam odissent, vieti blanditiis capti qve nonnullarum specie, (erant enim pleraqve pulcherrimæ) imperata facessunt. Sed ingressi sylvas, infidiis circumventi trucidantur. Alii nova fraude in arcem vocantur, Valascam velut per traditionem comprehensuri. Qvi mox intromissi, ad unum necantur. Iibi jam nulla fides virginibus est, commentum inauditum excogitant.

CAP. VIII.

De puella Sarca, qvomodo dolose nobilem Stiradam deceperit, mortiq; tradiderit.

SArca erat inter puellas admodum honesta facie, sed animo impuro, & ad omne scelus parato. Hanc in altissimo nemore strictis pedibus ac manibus arbori alligant, tubamq; ve venatoriam, ac vasculum medone plenum juxta ponunt: ipsæ in insidiis haud præcul delitescunt. Solebat hac iter sapere facere Stiradus nobilis eques inter Bohemos, opibus & autoritate potens, & qvi puellarum tyrannidem præ cæteris abhorret, atqve perseveretur. Is ergo cum sylvam pro suo more venaturus intrasset, puellamq; ve vincitam conspicatus esset, miserabundus qvid sibi ea res vellet, percontatur. Cui Sarca: *Nosti, inquit, qvot sceleris his in regionibus Valasca perpetrari, dum sibi potentiam regnumq; vendicat. Ego quoque pariter in furorem acta, insaniam ejusdem aliquandiu secuta sum. Peccavi fateor, panituli me tamen tot inespiorum denique, cogitaviq; quonam modo scelerast i clinque vita possem: statui ab intqua discedere domina. Sed dum comitem fugaque prodiit a capræ, hic deducor hic de me sumere statuerat supplicium sanguinis carnifex. Intertra dum liger, dumq; mihi ultima verba dicuntur, ut audiens*

HISTORIA BOHEMICA.

19

auditus est tuorum canum latratus, atque hinnitus equorum, illa mee socia salutem pedibus quiescere. At ego te vir clarissimo, quem unum perfida turba metuit, per nobilitatem tuam oro, misereor infelici fame. Solve me obsecro, atque abducito, aut si hoc non placet, jugula me potius quam hic vivam deserat. Namque ubi abiuris, mox aderit iniqua virginum cohors, meq[ue] ditis lacerabunt modic. Juvat tua manu perire. Stiradus lachrymis motus mulieribus puerisque forma captus, eqvo defiliens vincla solvit, rogitque medonis vasculum simulque tuba apposita quid sibi vellint. Tum Sarca, medonem, inquit, optimum carnifices attulerunt, quo iniurie cruciandum uicerat, hunc iam latea securaque bibam, & haustu sumpto, quod reliquum fuit Stirado propinavit, qui pariter bibit. Erat autem potus flavissimus, quem Bohemi ex albo melle conficiunt, sed quam mulieribus saluber, herbis & carminibus adhibitis, tam viro pestilens, qui mentem Stirado prorsus alienavit. Exinde, tuba hac, inquit, mea fuit dum venarer, quam mihi mortua ad collum suspendere stainerant pesima, quasi venaticus signum. In slabo u intelligent me viventem, suisq[ue] manibus creptam esse. Moxq[ue] tuba cecinit. Valifica ubi sonum audivit, ex compagno cum armatis puellis adest, Stiradum incatum capit, comites ejus obtruncat. Ferunt dum h[ec] agerentur, auditum tota sylva ingentem veluti ridentium strepitum, ubi dum esset hominum solitudo, creditum dæmones de puerarum facinore ac fallacia cachinnatos. Illas vero instructo exercitu Stiradum catenis vincitum, in conspectu arcis Vissegradensis deduxisse, ibique prospexitante Bohemorum principe nobilis virum rotam supplicio, quod est inter Germanos atrocissimum ac miserissimum, peremisse. Post h[ec] jam plane regionis dominas viros sibi adscivisse, ex quorum complexxu novis sociis rem publicam sustentarent, sanctumque lege, ut natæ foemina diligenter asservarentur, masculis dextri oculi eruerentur, amputarenturque pollices, ne viri facti arcus tendere aut armis uti valerent. Idque aliquandiu factitatum. Septem annis ea pestis Bohemiam affixit; tributariaque magna ex parte provincia virginibus fuit. Qui detrectaveru imperium: intra moenia clausi, nusquam exire audentes, magnis incommodis affecti sunt. Denique cum necessaria decessent, eoque perducta res videretur, ut coactos fame deditioinem facere oportaret, tumultuarie principem adeunt, dirum puerarum bellum deplorant, ignaviam ducis accusant, male se foeminis obedire quam

quam perire inedia dicunt, aut populum tueatur, aut meliori cedat, probris & contumelis minas adjiciunt. Primislaus tot angustiis circumventus, cum non tam armis, quam fortibus valeret, plebem, paucos adhuc dies expectare hortatur, id si faciant, puellarum excidium immidere. Paret multitudo. Ipse medio tempore scribit Valasca, injussu suo optimates provinciae arma in eam sumpsiisse, placere sibi eos subiisse poenas. Se illam filia loco amare, neque invidere, principatum, quæ conjugis sua Libusæ discipula extisset, imperium virtuti sua deberi, quæ Bohemiam virili audacia bello attrivisset, senium suum regno ineptum, neque filio impuberi gubernationem credendam, monere ut arcem Vilsegradensem ex manibus suis accipiat, sic Bohemiam totam in potestatem ejus venturam, filio quam velit partem faciat. Sibi privato, quod restat ætatis, vivere libeat atque in agrum reverti, quem reliqvisset invitus. Potestatem quam sibi foemina tradidisset, jure optimo se foeminæ restituere. Capitur, Valasca suis artibus missaque puellarum cohorte, tradi sibi arcem postulat. Intromissa virgines apud principem opipare epulantur. Interca profluentes ex insidiis juvenes armati, puellas omnes trucidant, nec morati castellum Dievizum cum exercitu petunt. Valasca cognita, furore amens, cum paucis obvia egreditur, consertoq; prælio priusquam comites assint, dum strenue pugnat, inter confertissimas hostium turmas occiditur. Subsecuta virgines, ubi dominam cecidisse cognoscunt, non tam spe victoriae, quam ultiōis ardore certamen instaurant. Pugnatum est aliquandiu, nunc huc, nunc illuc Victoria inclinante: ad extremum infeliciter praliantes foeminae, casis quam pluribus, fuga se commiserunt. Subsecuti hostes, uno agmine victores cum victis castellum irrupere, potitiq; arce, quicquid foeminei sexus inventum est, ferro extinxere, atque hoc pacto magnanimi juvenes dominatu foemineo Bohemiam liberarunt. Valasca inter foeminas clarissimas numeranda, plus ausa quam sexui suo congrueret, insepolto cadavere jacens, feris ac volucribus esca sicut.

CAP.

CAP. IX.


De Nimislao quarto, ac Mnata quinto, Vorcius sexto, nec non Vinslao septimo Bohemorum ducibus.

Primislao ex Libussa trei filii nati, duo immaturo rapti funere, tertius morienti seni hæres dictus, Nimislau nomine, qvod nihil excoigtans interpretatur. Fuit enim stupidi ingenii & prorsus iners: inter scorta & concubinas otio marcens. Molliciem ejus fortuna consovit: qvæ pacem illi perpetuam dedit, nullo vicinorum arma movente, nec seditionibus studente populo, qvem diutina virginum bella prorsus extenuaverant. *Huic Mnata filius subsecutus est. Mnata Mvorcius, cui duo fuerunt filii, Vinslaus & Uratislau. Inter quos moriens partitus est terram. Vinslao Praga & ducatus Bohemia cessit, Uratislao Lucensis principatus, qui post Zacenensis datus est.*

CAP. X.

De Grezomislao, qui & Neclam dictus est, octavo Bohemorum duce. Et gravibello, quod gesit cum patruo suo Uratislao.

Ex Vinslao natus est Grezomislau, qui & Neclam dictus est, unicum timoris & pacis exemplum. Cujus ignaviam in animo volvens patruus, optimum instrumentum ad subigendam sibi Bohemiam ratus, arma movens plura adversus eum bella feliciter gesit. Qvibus magnificatus & auctus, urbem condidit inter duos montes Meednam & Pubecham, qvam de suo nomine Uratislaviam nuncupavit. Neq; contentus prioribus victoriis, novum nepoti bellum indicit capitalem poenam inter manus, qvi gladii longitudinem æquantes in prælio decesserint. Jubet quoque purpuratos suos falcones atque accipitres secum afferant, qvos humana carne pascere velit, non ad



pugnam, sed ad cædem iturus. Postremo se nulli ætati parsurum dicit, ipsosq;e lactentes pueros ab ubere matrum rapi atq;e confodi mandat, mammasq;e mulierum pullis eorum fugendas tradi. Insolens sanè ac superbissimus, & fortasse crudelior qvam si vicisset. Parte alia, Neclam vir muliere corruptior, trepidare atq;e pavere, nihil consilii, nihil spei habere, ultimam vitæ suæ diem advenisse putare, non gladium intueri, non milites assari posse, alieno tamen ductus consilio se pugnat interfuturum dicit. Et accessito clam Sclerico nobili eqvite, figura corporis sibi qvam persimili, animi vero fortitudine & corporis robore dissimillimo. Fuit enim manu promptissimus, & audaci animo, atq;e in primis rei bellicæ peritissimus. Hunc suis armis indutum, ac insignibus principalibus honestatum, qvam paucissimis rem scientibus, dare ducis munia jubet. Multa intertem vatum præfagia, sc̄minarum quoq; spiritu, ut ajunt, pythonico imbutarum vaticinia exquiruntur. Ex qvibus una placardos Deos humana hostia respondit, sic enim victoram repremitti. Cui Neclam plus religioni qvam armis fidens, cælo qvem sortes designavere juvene, morem gessit. In alia parte mulierem suisse tradidit, qvæ privigno bellum, petituro, Uratislaum in pugna casurum, majoremq;e populi partem cum eo interituram prædixerit, posse tamen evadere juvenem, si sibi crederetur. Adolescenti se credere, atq;e imperata facturum respondenti, jussisse ut pergeret, qvando remanere domi capitale esset, primum qui obvius fieret occidere, atq;e utrasq;e aures eadentiam amputare, & in pera recondere. Exin gladio inter priores eqvi pedes signum crucis interram facere, qva deosculata, eqvum ascendentem fugam maturare. Pugna in campo, cui Thusco nomen est, committitur, concurrunt acies, magnis utrinq;e viribus ac clamoribus certatur. Stat belli fortuna diu anceps, multi hinc atq;e inde vulnerantur, prosternuntur, occiduntur. Ad ultimum Bohemi, qui non pro gloria, aut ampliando imperio, sed pro vita, pro focis, pro aris, pro uxoribus ac liberis in aciem venissent, desperatione in virtutem versa, audacibus animis invicto labore prælantes, victoria potiuntur, non sine Sclerci magna laude & summa gloria, cuius in hoc bello tum ars, tum virtus plurimum valuit. Occiditur tamen inter præliandum, & ut jusserat, in eo campo sepultus est, ubi prælium gerum, suaq;e morte vitam ducis, & patriæ liberationem obtinuit.

Parte

Parte autem alia, duce prostrato, quam paucissimi evaserunt. Ajunt adolescentem, qui noverat iussioni paruerat, domum redeuntem, uxorem suam, quam unice amavit, interemptam reperisse; ambabus carentem auribus, pectusque confossum, & quas hosti amputaverat aures, conjugis sue suisse, stupentem tristemque cognovisse. Tantum præstigia possunt, aut veneficarum carmina mulierum.

CAP. XI.

*De infidelitate Duringi, qui Uratislai filium
sibi commissum interfecit, panamq^{ue} con-
dignam dedit.*

Bohemi parta victoria, occiso Uratislao, terram ejus ferro atque igne devastant: inventumque Uratislai filium impuberem, principi tradunt. Qui misertus atatis, patrualem educandum Duringo, ad Egram fluvium imperium possidenti, Uratislai potentissimo quondam comiti tradidit. Qui cæca cupidine captus, tanquam initurus principis gratiam, puer super Egram, qui tum glacie constrictus erat, perfracto gelu pisces quærenti, gladio caput abstulit, secum Pragam deferens, ubi ad Neclam introductus est, protinus cruentum caput, solium, inquit, tuum hodie firmavi, aut perire hoc, aut te oportuit. Securis in utramvis aurem postbac dormies, amulo regn^{us} sublatro. Motus haud aliter quam par erat princeps tam diro spectaculo, perfidiam atque nulla beneficia vincunt. Ut alios puerum non ut occideret, redidi. Te neque meum in perium, neque amici memoria, neque innocentia pupilli miseratio retraxit ab scelere. At mihi quietem parare voluisti, inde ergo meristi haec sumito præmia. Ex tribus mortibus, quam malueris optionem habeo: aut gladio te ipsum confodito, aut laqueo perfringito guttur, aut ex Visegradensi rupe præcep^{er}ruito. Duringus accepta sententia, in alni arbore, quæ propinquæ fuit, fæse suspendit, alius postea quamdiu remansit, arbor Duringa dicta est.

CAP.

CAP. XII.

De Nostirico nono, & Borsivojo decimo Bohemorum ducibus, qui & ultimus Pagorum ducum fuit, & tandem cum uxore sua fidem Christi suscipiens baptizatus est.

Neclam verò moriens, Nostiricū majorem natu filium hædem instituit, Dipoldū provinciam Suriensem testamento dimisit, Nostirico Borsivojus filius successit, ultimus Pagorum ducum: qvī tamen & ipse imperante Arnolpho Cæsare, à beato Methodio Moravorum archiepiscopo, cum Ludmilla conjugē ad baptismigratiam perductus est. Nongentesimo nonagesimo quinto anno post Christi salvatoris nostri ortum, Ludmilla sancta mulier habita, etiam miraculis clarissima fertur.

CAP. XIII.

De situ Moravia, & Svatocopio, penultimo regem eiusdem, qui & primus Christianus inter reges Moraviae fuit.

Svatocopius eo tempore Moravis imperabat, Christianæ religiōnis cultor, & dignus cujus memoriam ad posteros referamus, Moravia trans Danubium jacet, cui ad orientem Hungari Poloniqve regnum possident, Morava disjuncti amne, qvī nomen regioni dedit. Occidentem solem Bohemi excipiunt: Australes meridianū: Septentrionale Silesiae occupant. Ager vini frumentique ferax, gens rapinis asfreta, nulli turum iter nisi armato potentiori qvē præbet. Hic multos annos regnatum. Hungari, Bohemi, Russani, Poloniqve, Moravorum principi paruerunt, princeps ipse Romano imperio. Caput regnicivitas Volegradensis. Svatocopius regum penultimus, cum aliquandiu feliciter regnasset, tandem Arnolpho imperatori tributum pendere recusans, commissio prælio, cum suos cadere

cadere animadvertisset; clam sese pugnae subtraxit, atque ut erat mutata veste incognitus, salutem fuga quæsivit. Cumq; ad montem venisset, cui Sambri nomen est, abjectis armis, eqvo dimisso pedibus iter fecit, & tanquam viator inops, vastissimam ingressus eremum tam diu pomis arborum, atque herbarum radicibus vitam sustentavit, donec tres eremii cultores obvios habuit, quibus sese adjungens, usq; ad extreum vitæ perseveravit incognitus, patienter ac sedato animo incommoda quæque ferens. Ubi vero obitus assuit, accersitis eremitis, nondum, inquit, quis fuerim novissimus. Rex ego Moravorum, prole vicius ad vos confugi, & regiam vitam & privatam expertus morior. Nulla regni fortuna est tranquillitat eremii præserenda. Hic securus somnus dulces herbarum radices aquæ undas efficit, ibi cura atque pericula nullum cibum, nullum patrum non amarum reddunt. Quid vitamq; fatal dederunt, apud vos felix peregi: in regno quicquid ejus transalatum est, mors verius quam vita fuit. Sepelire me hic postquam anima corpus liquerit, Moraviamq; deinde petentes, filio meo, si adhuc vivit, hac nunciate. Atque his dictis vita excessit. Arnolphus interea victoria potitus, regnum Moraviae Svatocopii filio, quem de sacro fonte levaverat, possidendum reliquit. Is ab eremitis edocitus de fortuna patris, quem cecidisse in prælio existimaverat, corpus ejus ex eremo defossum, Volegradum retulit, atque in sepulchris majorum condidit. Fuit autem Svatocopii filius, quanquam Christianorum sacris imbutus, minus tamen quam decuit, sacerdotes Dei veneratus. Qui venationem aliquando facturus, archiepiscopo Methodio imperavit, ne ante suum redditum divina perageret. Expectavit Medodius ad meridiem usque; tandem negligi rem divinam veritus, Deo sacrificium coepit offerre. Interea princeps, ubi se neglectum animadvertisit, sacram ingressus adem, multicudinem canum intromisit, tubasq; clangere jubens, ad altare usque progressus, convitia multa ingerens, vix manus à violacione sacerdotis abstinuit. Ob quam rem, paucis post diebus Methodius in Bohemiam fugiens, regem extra ecclesiam fecit, regnoque sacris interdixit. Quo facto, non solum archiepiscopalis sedes in Moravia defecit, sed in scipio quoque regnum extinctum est. Mortuo namque paulopost excommunicato rege, imperii Moravorum partem Teutones ac Boisci, partem Poloni atque Hungari diripiuerunt. Methodius in Bohemia aliquandiu moram traxit, deinde Romanæ se contulit,

tulit, ubi fratrem suum Cyrillum comperit, qui, baptizato quondam Svatocopio, Moravis Christiana sacra crediderat, multasque alias Slavorum gentes ad fidem Christi converterat. Referunt Cyrillum cum Romæ ageret, Romano pontifici supplicasse, ut Sclavorum lingua ejus gentis hominibus, quam baptizaverat, rem divinam faciens uti posset. De qua re dum in sacro senatu disceptaretur, essentque non pauci contradictores, auditam vocem tanquam de cœlo in hæc verba missam: *Omnis spiritus laudet dominum, & omnis lingua confiteatur ei.* Indeque datum Cyriillo indultum.

CAP. XIV.

De Spitzineo undecimo, ac Vratislao duodecimo Bohemorum ducibus.

Borsivojus autem, conjunxque Ludmilla, Christianam veritatem amplexi, fidem catholicam inter Bohemos magnopere ampliarunt. Ludmilla filia fuit comitis Slamborii castelli Bizenie, quod postea Melince dictum est. Ex qua tulit Borsivojus duos filios, Spitzineum & Uradislauum. Primus patri successit, sed moriens sine filii, fratri principatum reliquit. Conjunx Uradislai Uradisbonica, mulier audax & ad scelus prona, duos pariter filios viro peperit; Venceslaum & Boleslaum. Priorem Ludmille tradidit educandum, alterum ipsa enutritivit. Alumni ex nutriciis imitati mores. Venceslaus pietatem colere, mansuetudinem pra se ferre, Christiana sacra venerari, elargiri multa pauperibus, nulli noxius esse: Boleslaus idolorum sectari culturam, honores ambitiose querere, adulterari, rapere, occidere, in sceleris cuncta labi.

CAP. XV.

De sancto Venceslao martyre, tertiodecimo, & fratre suo Boleslao quartodecimo Bohemorum ducibus.

Pater suprema ordinans, Ludmilla, cuius integritatem prudentiamque optime nosset, quousque liberi adolevissent, gubernationem

tionem provinciae dimiserat. Id ægre Drabonucia^æ fuit, quæ Tymam & Simonem nefarios homines submittens, socrin in castello Thetim, stranguli jussit. Ipsa deinde imperium accepit. In omnes crudelis, in Christianos savissima & intolerabilis, ac propterea Venceslao etiam filio infesta, cui præferre fratrem non dubitavit. De Venceslao hæc reseruntur. Potus cibiisque parcissimum suisse tradunt, corporis maiestate decorum, virginitatem ad ultimum vita servasse, divina in templis officia, diurna nocturnaque; nunquam neglexisse. Et noctis quidem tempore nudis pedibus super glaciem ac nivem iter agentem, vim frigoris minime sensisse. Podium vero ejus comitem cum caligatus obriguisse, jussum vestigia Venceslai pedibus premere concalusse. Postera die cruenta sancti viri vestigia inventa. Inisse eum populo per urgente, adhuc vivente matre, principatum. Duci vero Cermenisi, nulla injuria lacesito, cum exercitu in Bohemiam ingresso, atque agros vastare conanti, armatum cum copiis occurrisse, vocatoque in colloquium, singulare certamen obtulisse. Accepta ab adversario conditione, ubi manus conscri debuit, angelos visos, qui Venceslaum protegentes arma ministriarent, territum ea novitate Cermenensem, ex eqvo prolapsum veniam petivisse, Bohemum libenter humiliato pepercisse, monuisseque ne deinceps aliena cuperet. Similem angelorum comitatum vidisse ajunt imperatorem, cum Venceslaus adolescentis in ejus curia obverfaretur, eamque ob causam brachium sancti Vitidono ei dedisse, in cuius honore cathedralis aedes in Praga constructa est. Ferunt tunc Bohemiam sub episcopo Ratisbonensi fuisse, ac propterea cum Venceslaus Wolfgangum praesidem, qui postea inter sanctos relatus est, ad consecrationem ejus basilicæ summis precibus invitasset, respondisse pontificem, coram Deo jam templum suum dedicatum esse, quod futuram Metropoliticam cerneret, missurum se tamen, qui sua vice Venceslao satisfaceret. Creverat jam Venceslai nomen, miraque populi charitate atque admiratione celebrabatur. Sed quanto cæteris acceptior erat, tanto acrius, in se odium fratrisque matrisque concitabat, ac propterea licet diuinitere seculum, & in monachum tonderi destinasset: non potuerunt infelices animæ sancti viri propositum expectare, sed impatiens mora piam principis intentionem seclere præveniunt. Fit convivium apud Boleslaum, matre jubente, vocatur Venceslaus. Qui etsi mortem in-

stare prædixerat, facta tamen cum sacerdote de peccatis suis ex more Christiano confessione, fraternalm domum ingreditur, ibique statim Boleslai manu pereclus interit. Dicat aliquis homicidiam suipius Venceslaum fuisse, negetque cœlo dignum, qui certe se morti obtulerit. Nos Gothorum instantे procella plurimas Romæ fuisse pueras legimus, quæ pudicitia sua vim inferri timentes, & ne in manus hostiles incidenter, in Tyberim fese præcipitaverunt, quæ postea miraculis coruscantes, sanctorum honores merovere. Venceslai sanctitati quæ die caelus est, Christum Deum testimonium præstittiisse, memorie prodiderunt, qui regi Daciæ per visum apparens, suo martyri ædem construi mandavit. Ipsum autem Venceslaum multis miraculis clarisse, atque inter sanctos martyres ab ecclesia receptum tradunt. Drabonuciam paucis post diebus fatis suis trahentibus, ultionemque patricidij exigentibus, hiata terra apud arcam Pragensem absorptam. Boleslaum multis sceleribus nobilitatum, morbo absursum, duos filios reliqvisse, Boleslaum paternum nomen referente, & Stratiquatem.

CAP. XVI.

De Boleslao quintodecimo Bohemorum Duce.

Boleslaus imperio potitus, patri magis quam patris amulatorexstitit. Religionem enim Christi extollens, viginti ecclesiæ erexit. Huic soror fuit Milada, eximia specie virgo, sacris imbuta literis, & multa pollens eruditione. Quæ cum Romam orationis causa petivisset, à Joanne pontificem maximo benignè excepta, ipsius autoritate monasterium sancti Georgii in arce Pragensi construxit, ibique sacerdos consecrata est. Eadem quoque sancti Viti ædem, à Venceslao fundatam, in pontificalem elevari obtinuit. Dithmarus natione Saxo, & opinione sanctitatis insignis, primus ibi episcopus consecratus, cui Adelbertus successit. Nobilis genere apud Bohemos natus Stratiqvas, Boleslai frater, reliquo seculo apud Ratisbonam Baleariæ civitatem, in cenobio sancti Emerani monasticam vitam elegerat. Quem Pragam forte advenientem aggressus Adelbertus, pontificalem ei cathedram offert, qui cum esset regis frater, ex regé natus,

natus, facile populum sub religione continere posset: nam sibi non esse facultatem ejusdem regendae plebis, quæ rapinis & adulteriis afflerta, jus fasque omne contemneret. Stratiquas mundanas dignitates quasi malas pestes effugiendas esse respondit, monasterium sibi & præsentem vitam svavem præstare, & futuram promittere meliorem, in eo se vivere morisque velle. Scribunt autores Adelbertum his auditis propheticō spiritu plenum Stratiquati dixisse: *Poteras modo pontificali honore cum salute defungi, si quod nunc recusas, in perniciē tuam vehementer expetas.* Abiisse deinde Romam, ac cum fratre suo beatæ vitæ Gaudentio in monasterio sancti Alexii tamdiu delituisse, donec ius suu Pontificis maximi suas oves repetere jussus est. Qvibus cum esset proflus ingratu, in Hungariam prosectum, regem Stephanum baptizasse, quem int̄ sanctos relatum ajunt. Exinde Poloniā ingressus Gaudentium fratrem in ecclesia Gneznensi prædicaturum Evangelium, pontificem ordinasse. Postremo Prutenos adiisse, apud qvos dum Christi legem prædicat, gladio cæsum, martyrio vitam finisse. Interea Stratiquatem mutato proposito Pragensem Ecclesiam poposcisse, neqve repulsum statim no regioque favore adjutum. Sed dum apud Maguntinum archipræsulem agit, lacris de more imbuendus, inter duos episcopos jacente prothrum, diabolico spiritu arreptum, tamdiu vexatum, donec animam exhalavit, Adeodato natione Teutonico, ecclesiam commissam.

CAP. XVII.

De Boleslao sextodecimo Bohemorum duce.

Boleslaus duobus & triginta annis imperium potitus, ex vita decessit, relicto successore filio sui nominis Boleslao tertio. Huic Melcho Polonorum princeps, Cracoviam per fraudem eripuit. Bello deinde orto, vastatis agris, induciat demum dicta, statutumque utrambo duces apud Cracoviam convenienter. Boleslaus accepta fide eō pergit, atque in convivio captus, lumenibus privatur, comites ejusdem crudeliter necati, exceptis Vrisbuicensibus insidiarum consulis, scelerisq; participibus. Qui domum reversi, tanquam magno ex periculo evasissent, publicam fidem atque jusjurandum & jura hospitiū

à Polono violata queruntur. Ubi fides habita, Janurem Boleslai fratrem dolo necare conantur. Cocharis inter Vrisbuicenses consilio, opibus & autoritate major, adolescentem sub specie venationis insylvam tractum, ad stipitem arboris alligatum sagittis confodi jussisse fama est, divum Joannem Baptislam ab eo precibus exoratum, hirsuto tegmine sagittas excepsisse, uxoremque ejusdem per visum comonuisse, periclitanti viro opem ferret. Interea famulum principis Overam nomine, ex periculo prolapsum prodiciones populo exposuisse: illum tanta novitate commotum, correptis mox armis in sylvam procurrisse, captisqve proditoribus atque occisis, ducem salvum reduxisse. In eo loco ubi hac acta sunt, monasterium ordinis sancti Benedicti, quod Veliscam appellatur, constructum, & aram majorem ibi sitam, ubi arbor religatum Janurem tenuit. Mescho autem coacto exercitu, longe lateqve Bohemorum populatus agros, Pragam denique obsidione cinxit, eamqve biennio fame laborantem obtinuit, excepta arce Vissegradensi, qvæ in fide Januris mansit.

CAP. XVIII.

De Udalrico, septimodecimo Bohemorum Duce.

Fuerat & alter Boleslao frater, Udalricus nomine, qvem pater Henrico imperatori nutriendum dederat. Is audita Melchonis proditione clam ab imperatore dimissus, castellum Dievizum, natura & arte munitum ingreditur. Exin collecto raptim milite, colles occupat, qvi Pragæ supereminent, tubasqve clangere jubet. Mox alta voce præconem Pragensibus nuntiare, viatos prælio Polonus fugam cepisse, vietorem principem cum exercitu adesse. Qva voce accepta Polonorum præsidium, quod urben tenebat, metu percussum, excessit, Pragenses auti animo infecuti, complures in fuga captos necavere, Mescho cum paucis in Poloniā se recepit. Udalricus Pragam ingressus, germano suo, sive proditoribus suggesteribus, sive quod ætatis beneficio illum sibi præferri verebatur, effodi oculos jussit. Multa hujus facinora referuntur, partim reprehensione, partim laude digna. Inter cætera & illud narratur, redeuntem ex venatione, puellam vidisse in villa qvadam, juxta puteum vestimenta lavantem,

HISTORIA BOHEMICA.

31

vantem, nomine Bozzenam, quod Beaticem interpretatur, elegantem formam, & moribus, supra quam par esset agresti, venustis, captum, specie & alloquio modesto, quamvis amici adversarentur, conjugem accepisse. Bizetislaum ex ea natum. Is cum adolevisset, Jutham imperatoris Ottonis Ruti filiam, quamvis nunquam vidisset, sola fama commotus, vi rapuit, solusque cum illa ad patrem perrexit, comitibus velocitatem ejus inseque nequeuntibus, ab imperatore ex fuga retractis atque occisis. Non improbat pater factum, sed admiratus audaciam, tantum se filium genuisse gavisus, matrimonium cum rapta in Moravia celebrari mandavit, tanto præstantiorem filium estimans, quanto nobilius est, imperatoris quam villici filiam amavisse. Imperator ea contumelia morus, jurejurando affirmat exercitum in Bohemiam ducturum, terram malis affecturum, sibiique fedem in medio regni collocaturum. Statisque cum exercitu Bohemiam instar torrentis cuncta secum rapientis ingreditur. Contra Udalricus filiusque castra movent. Jam duo exercitus ad jactum teli conveniant. Tum Jutha, cuius ex injuria bellum ortum, crinibus sparsis, scissa ungibus facile, viro periculorum magnitudine muliebri pavorre, ausa telis se ferre voluntibus inter primas acies profluiens, patris alloquium, priusquam furor ardeat amplior, expoicit. Quo impetrato, Fater inquit pater, justum te bellum movisse, cuius filia rapta est, illumque pena dignum, qui te contempst, nisi compulisset amor, cuius eaca consilia saepe veniam meruere. Sed age obsecro, pone ante oculos quem armis insqueris. Gener tuus, mibi maritus, cui tantopere irascitur, & fortasse ne postulus, ejus filius in ventre meo conceptus est. Parce ora filia, parce nepoti, parentem illi, mibi virum dimitte. Non est degener maritus, nec solvi consummatum matrimonium Romana ecclesia fuit, nec tibi vittoria potestare est. Utrique vires, utriusque belli artes suspetunt. Mars dubius casum respsicit. Ne obsecro pater, mei causa tantam militiam morti objicito, parce, cui ego prior lata pepercit. Illacrymatus pater audit, filia, facturumque se, quod illa vellet, nisi obstatet juramentum. Tum Jutha, Et maritus, inquit, mens jurejurando adstriclus est, Theutoniam armis lacestro. Sed vanareligio, qua sceleri lacum facit. Vim criminibus sacramenta non addunt. Expronissorem maleficis divina majestas odit, factorem exterminat. Inveni ratiem si libet viam, quare simul promisso virumque solvam. Venier cum parte gener ad perditos, veniam communis petet, te Regem, te Dominum proficiebitur. Neque

que impedimento erit, quo minus sedem in medio Bohemia collocet, ibi, jas dicas. Postremo ciocians xuan in Theutonica petens, villas aliquas, quai fuisse, in eis eorumq; maritus dñeptet. Placuit imperatori consilium filie, atque in ejus verba sœdus iustum; exercitus consulutati; & in Boleslavia, qvæ umbilicum tenere Bohemia creditur, sedes imperatoris lapidea erecta, perpetuum rei mōnumentum principibus terræ insigne datum imperialis aquila. Exin Bisetislaus Moraviam ex paterno indulto rexit, Polonusq; ve, qui magnam ejus partem occupaverant, bello delevit, corumq; multa millia, ligatis post tergum manibus, in Hungariam ventundandos misit.

CAP. XIX.

De Bisetislae decimoctavo Bohemorum duce.

Dum hæc aguntur, anno post Christi ortum tricesimo ac millesimo Boleslaus apud Cracoviam excætatus interiit, Udalricus qvoq; frater ejus vita funetus est. Qva re cognita Janur & ipse cæcus, Pragam veniens, ducatum gentis suopte ingenio nepoti dimisit. Bisetislaus ea re animo auctus, qvamvis nulla injuria facilius, exercitum in Hungariam duxit, magnamq; inde prædam retulit. Qvhq; ei ex Jutha fuerunt filii, Spitigneus, Uratisslaus, Conradus, Jaronurus & Otto, qvorum fiducia plenus, etiam Polonus ulturus, avum pulsare bello non timuit, Cracoviamq; armis eaptam funditus everit. Gneznenum qvoq; metropoliticam urbem diripuit, multorumq; martyrum sacratissima inde corpora asportavit, & crucem auream CCC. pénstantem libras. Qvod cum imperator Henricus, ejus nominis secundus, accipisset, indignatus injussu suo Poloniam vastatam esse, Bisetislaum aut resarcire Polonis damna, aut bellum expectare jussit. Ille se nihil imperatori, nisi tributum debere respondit à majoribus institutum. Pendebat autem dux Bohemia Romano imperio qvotannis C. & XX. boves, & agenti puri CL. marcas. Id se neq; neglexisse haec tenus, neq; negletur. Si qvid amplius jussiter imperator, à bono & qvō recedere, se libertati gentis nihil detracturum. Imperator his auditis, ex Ratispona in Bohemiam copias traducit: Othardo Saxonum duce ex alera

altera parte cum exercitu properare jussò. Ingressus sylvam, qva Bohemiam cingi diximus, præciliis arboribus iter interceptum reperiens, milites viam securibus aperite jubet. Magnus hic labor eqvitii. Erant enim vastæ magnitudinis arbores, multaque rubeta incidenta, priusquam iter pateret. Ob quam rem cum jam opere peracto ad interiora pervenissent, nec hostis in conspectu usq; vam daretur, fessi ac siti-bundi projectis armis flumina petunt. Bisetislaus ex insidiis prodiens, palantes atque inermes aggressus, stragem haud parvam effecit. Imperator repentina commotus malo, multis suorum desideratis, fuga salutem petit. Othardus vero jam fines Bohemiae ingressus, Septentrionalem provinciæ partem longe lateque populatus, his cognitis, cum præda domum revertitur. Procopius comes Bicliniensium, cum parte copiarum adversus eum missus, fortuna parum prospera usus, tanquam pecunia corruptus, effossis oculis, manibus pedibusque obtruncatis in flumine Bicline demersus. Nec tamen eo paecto quies Bohemiae data. Nam sequenti anno Henricus Imperator, & Othardus majoribus collectis copiis redeuntes, transmisua sylva ferro ac flamma cuncta vastarunt, Bisetislaum armis diffidentem intra Pragæ moenia clausum obsederunt. Severus tunc episcopatum urbis gerebat, jure jurando imperatori obnoxius, ex cuius induito pontificali sedi præterat. Is noctu cum pluribus ad Henricum confugit, obtinendiisque urbem viam ostendit. Qvare fractus animo Bisetislaus, errati veniam petuit: dictæ sunt pacis leges, qvas voluit imperator, & trium annorum tributum penum, Silesia sub annuo tributo auri triginta, argenti cl. marcarum Bohemiae principi tradita. Secundo & qvinq; vagesimo anno post millesimum à Christi Salvatoris adventu, pace cum imperatore composita, Hungariam sibi subigere Bisetislaus aggreditur, cujus populus suis utens legibus, Romanorum imperium contemnebat. Sed ingressus hostilem provinciam, mox ardenti febre correptus, ultimum instare diem intelligens, vocatis Bohemiae primoribus, Spiti-gneum primogenitum, successore suum designat, reliquos filios Moravia inter eos divisa, parere fratrl jubet, atque his demandatis vita decedit, quarto Calend. Maji. Corpus ejus Pragam translatum a. pud parentes sepultum.

De Spitigneo decimonono Bohemorum Duce.

Spitigneus ut regnum primum potitus, omnes Teutonici generis Bohemia excedere jubet, nec matris potestatem manendi facit. Exinde Moraviam infestis petens armis, fratres bello aggreditur. Uratisslaus audito germani adventu, relicta in Olomucio conjugé, ad regem Andream in Hungariam configuit. Conradus & Otto fratri se dedunt. Uxor Uratisslai capta, aliquando in vinculis habita. Postremo svadente Severo episcopo dimissa. Dum virum in Hungaria petit, vicina partui in itinere decedit. Mœstus ea re conjunx, ab Andrea rege consolationem accepit, qui filiam suam Adilheidam nuptiam ei tradit. Qvod cum Spitigneus accepisset, veritus ne vires Hungaricas in se frater armaret, missa legatione sine causa illum ex Moravia abiisse dicit, nihil hostile timendum suisce. Nam cur frater, fratrem oderit, secundo post se loco genitum? Servasse se abeunti bona, non abstulerit, redire eum ad suos debere, cuncta ei salva esse. Nec frustratus est fratrem, redeunti quæ armis abstulerat, cuncta restituit. Jutha vero à filio dejecta, cum secundo nupsisset, brevim mortua est, cuius corpus in Bohemiam translatum, in sepulchris principum condidere.

CAP. XXI.

De Uratisslao vicefimo Bohemorum Duce.

Spitigneo vita defuncto, Uratisslaus succedit. Qui Moravia rursum inter fratres divisa, Jaronurum, quem pater ecclesia dedicatus exortem regni fecerat, in diaconum vel invitum ordinari iussit. Is reliquo Christi habitu, ad Poloniæ duces configuis, militarem disciplinam sectatus est. Fuerunt Uratisslao ex Adilheide tres Iberi, Bisetisslaus, & duæ foeminae, Ludmilla & Juditha. Verum Adilheida mortua, uxorem alteram ex Polonia duxit, nomine Svatianam, ex qua Boleslaum, Borzivislaum, Uladislaum, Sebieslaumque suscepit. Inter hæc Severus episcopus, qui Bohemiam Moraviamque sacerdotio tenuerat, Joanne in Moravorum ecclesia sibi substituto, jam gravis

gravis senio ex vita decedit. Ob quam rem Conradus & Otto Uratislaum precibus onerant, Jaronuro fratri ut ecclesiam Bohemiam ab imperatore impetrat. Annuit Uratislaus, neque imperator adversatus est. Jaronurus ex Polonia revocatus, reliqua militia, episcopus ordinatur, ac mutato nomine Gebhardus appellatur. Qui mox spiritu superbie inflatus, Moraviam non minus sibi quam suo antecessori delatam dicit, illum exterum, se civem: illum infimo loco natum, se regia stirpe ortum. Ingressus Moraviam, Joannem episcopum, qui cedere nollet, contumeliis & verberibus afficit. Uratislaus, qui Joannem amaret, ea re commotus, Romanum pontificem contumaciam Gebhardi uti corripiat, scriptis hortatur. Missus est in Bohemiam Rodolphus Cardinals, qui causa cognita delictum puniat. Is vocatum Gebhardum, cum minimè pareret, sacerdotio abdicavit. Sed rogatus à clero, dignitatem ei restituit, jubens & ipsum & Joannem intra annum coram summo sacerdote se exhibere. Paruerunt ambo. Sacerdos maximus ambobus auditis, Gebhardum movere sacerdotio statuit, fecissetque, nisi preces intervenissent Mathildis virginis, filie Bonifacij ducis Lucani, quae tum Romæ fuit, ex Bohemorum sanguiae nata. Haec est illa Mathildis, fama inlyta, & apud historicos latè memorabilis, quæ à Radicophano Senensis agri oppido, usque Ceperanum interiacentem terram donavit ecclœ, posteri patrimonium beati Petri appellareunt. Hujus ergo interventu, Romanus presul utrumque sacerdotem sua dicēceti contentum esse, ac remissis injuriis, in patriam reverti jussit.

CAP. XXII.

Uratislaus dux Maguntia in regem creatur per Henricum imperatorem quartum, regnoq; Bohemia, Poloniā, Silesiam, Lusatiam Moraviāq; adjecit.

Interhac Leopoldus Austricæ marchio, Moraviam latrociniis magis quam justo bello insestam reddit, nec Conradi aut Ottonis, qui tunc provinciæ præsidebant, preces audit. Illi fraternalia extenuunt. Uratislaus collecto raptim exercitu Austriam ingressus, instar horridæ tempestatis obvia quæque prosternit, occurrentem Leopoldum prælio victum, in fugam convertit, ipse onustus spoliis

domum revertitur. Post hæc anno sexto & LXXX. supra mille ab ortu salvatoris Christi, apud Maguntiam in concilio principum ab imperatore Henrico, ejus nominis quarto, Uratisslaus Rex declaratur, Moravorum regno, quod supra extinctum diximus, in Bohemiam translato, Polonia, Silesia, Lusatia, Moravia, Bohemorum imperio adiectæ. Gilbertus Trevirorum Archiepiscopus cum eo Pragam missus, qui coram provincialibus regem inungat, regalibusque adornet insignibus. Id eodem anno factum, acclamante populo, *Uratisslao regi falso honor atque uictoria.* Suatana quoque Regina cum eo coronata. Mortuus est per idem tempus Joannes Moravorum Episcopus. cuius ecclesia, instante Gebardo, Pragensi unita est. Quæ res illi majoris insolentia fomentum fuit, adeo, ut praesente rege interesse divinis minimè dignaretur. Ob quam causam Uratisslaus, indulgente Alexandro Papa III. natione Senensi collegium canonicorum regularium in arce Pragensi erexit, in quo dum res agitur divina, non praepositus tantum, sed decanus, & sacerdos, diaconus, & subdiaconus, rem divinam facientes, episcopalibus ornamentis utuntur. et Prepositus quidem cancellarius regni appellatus, principis honore defungitur. Infundatione autem ejus ecclesiae, regem suis humeris duodecim copinos lapidum gestasse ferunt. Religiosum principem, dignumque qui primus inter Bohemos regio diademate uteretur. Gebardum vero indies magis atque magis insolentem, ac propterea à Moravorum plebe repulsum, dum per Hungariam ad Romanum pontificem questum injurias proficiscitur, apud Strigonium morbo interiisse, Cosmumque illi suffectum. Fuerunt Uratisslao, & cum Saxonibus, & cum germano, qui Moraviam obtinebat, inimicitiæ. Illos per filium vicit: germanum ipse ex Moravia armis expulit, uibemque Olmucensem possidendam filio tradidit.

CAP. XXIII.

De Conrado vicefimoprimo, Bisetisslao vicefimo secundo, ac Boleslao vicefimotertio, nec non Borzivislao vicefimo quarto, Bohemorum ducibus.

Vita sanctus Uratisslaus non filium, sicut optaverat, sed Conradum fratrem habuit successorem. Qui septimo mense potius imperio, morbo correptus, nepotibus ex fratre locum fecit.

fecit. Qvingue eos fuisse diximus, qui sibi invicem pro nativitatis ordine successere. Duos ex his Urbuicenses, perpetui regum hostes, fraudibus interceptos necavere.

CAP. XXIV.

*De Uladislao, vicefimoqvinto Bohemorum duce
& Rege secundo.*

Enultimus Uladislaus nomine, ex Biseislae fratre nepotem sui nominis, cum CCC. galeatis eqvitibus auxilio Henrici sexti Romanorum imperatoris Romam misit, qui plurimas inde reliquias sanctorum reportavit. Inveni in historia Bohemorum post Uratissolum primum regem, pluribus annis interregnum fuisse. Nam Conradum fratrem ejus, ac deinde Uratisslai filios non regis nomine, sed dueis tantum usos, tanquam regni decus homini, non provincia datum fuisse. Uladislaum vero quarto loco Uratisslao natum, à Friderico primo, sibi & posteris regiam dignitatem obtinuisse, & cum in expugnatione Mediolanensi egregiam operam navasset, imperatori mirifice gratum, leonem trubeum bifurcatæ caudæ, in clypeo albi coloris insigne regium accepisse, candelabrum quoque Salomonis ex Mediolano asportatum, in ecclesia S. Viti Pragensis recondisse. Pontem super Multaviam, quæ vetus Praga minori jungeretur, magni operis ædificasse, quem Ratisponensi præferunt, in quatuor & viginti arcus, ut antea diximus, protensum.

CAP. XXV.

*De Sobieslao vicefimosexto, & Friderico vicefimo septimo,
nec non Conrado vicefimo octavo, ac Biseislao vicefimo-
nono, atque Venceslao tricesimo, Bohemorum
Ducibus.*

Ost eum Sobieslaum qvingue annis ducatu functum, à provincialibus exactum in exilio interiisse, exin Fridericum Uladislai filium successisse. Post Conradum, qui apud Apulos in Italianam fecutus

fecutus Imperatorem, decessit. Conradum Bisctislaus sequitur, qvi & Henricus dictus est. Et cum esset Pragensis episcopus, quindecim annis pontificatum simul & principatum Bohemiarum tenuit. Postea ducatum obtinuit Venceslaus frater ejus. Hos quoque regis nomine abstinuisse constat, sive quia magis vi quam jure imperaverunt, sive quod indultum Imperatoris Romani sumenda coronæ, more majorum obtinere non valuerunt.

CAP. XXVI.

*De Primislao tricesimo primo Bohemorum Duce,
& Rege tertio.*

Veneslaus tribus mensibus ducali autoritate functum, Primislau Uladislai secundi regis filius, armis dejicit, & à Philippo Romanorum Imperatore Friderici secundi fratre, quem Roma ecclesia non accepit, tertio loco inter Bohemos reges coronatus est.

CAP. XXVII.

*De Venceslao Bohemorum Rege quarto. Et de Othocaro
Bohemorum Rege quinto.*

Primislao duo fuerunt filii, Venceslaus & Othocarus. Venceslao regnum Bohemorum cessit, Othocaro Marchionatus Moravia. Fuit autem Venceslaus unoculus, & sine liberis decadens, regnum Othocaro reliquit, qvi & alio nomine Primislau appellatus est, inter Bohemiarum reges quintus, belli appetens, & magnorum operum effector, cui nec animus in rebus arduis, nec consilium defuit. Imperium quod à fratre suscepit, ex mari Baltheo, quod falso pluriqve Oceanum putavere, (est enim mediterraneus sinus) usq; ad Danubium protensum, ad internum nostrumqve mare, quod Adriaticum dicimus, extendit. Nam cum obiisset Fredericus dux Austriae siue liberis, soror ejus Margarita hereditatem accepit. Nuperat hæc olim Henrico Imperatoris Friderici secundi filio, eoqve sine sobole vita functo in patriam redierat. Eadem jam anus Othocarum sibi virum adscivit, qvi non tam conjugis ætatem, quem dötē animo volvens, sterile matrimonium contraxit, & principatum nobilem consecutus,

cutus, more humano, quanto plura possedit, tanto majora concupi-
vit. Ulricus eo tempore Carinthiorum principatum tenebat. Qui cum
virili sobole careret, accepta ex Othocaro pecunia, Carinthiam illi,
Carniolam, Marchiam Slavoniam & portum Naonis tradidit. Ve-
ronenses, exinde Feltrenses, Tarvisini, & multi ex foro Julii, ultimo
felse ei submiserunt. Bellum Hungarum indixit, commissaque prælio,
victor ingentem prædam reportavit, Stiriamque provinciam illis ade-
mit. In Prussia, quam veteres Ulrichianam vocavere, superatis Tarta-
ris urbem condidit, quam Cunispergium, id est montem regium, vo-
cant. Sed quantum aucta ejus potentia est, tantum etiam insolentia
crevit. Qui vivente legitima uxore, & quæ sibi tantum imperium
adjecerat, alteram superduxit Cunigundam regis Maschoriae filiam.
Vocatus per principes electores ad imperium, contempnit, palam in-
ter suos jactans, pluris Bohemia regem, quam Rendantur imperatorem
esse. Rodolphus itaque Habsburgi comes, qui magister curie Otho-
cari fuisset, non minus belli quam domi clarus, Christianæ reipublicæ
præfectus est, missis ad Othocorum legatis, Austriam & Carinthiam,
ceterasque vicinas Italiae provincias tanquam juris Imperii repetit,
quando nec Austria muliere seudum esset, nec Carinthiam injussu
Caesaris Ulricus venundare potuisset. Renuit Othocarus, & Impera-
tori, qui aliquando sibi servivisset, impacato respondit animo. Sed
intervenientibus amicis, ea lege reconciliati sunt, ut Austria Impera-
tori cederet. Exin datis acceptisque filiabus, affinitas utrinque jun-
getetur, provincie de quibus lis esset, dotales fierent. Adeptus Au-
striam Rodolphus, Othocarum in verbâ sua jurate more majorum
exposcit. Id superbo regi gravius visum, tanquam ex domino servus
ficeret. Exoriuntur novæ lites, bellum indicitur. Cumque jam duo
exercitus ad mille passus alter alteri proximus convenissent, veritus
Othocarus Rodolphi potentiam, injustamque bellum caufam animo vol-
vens, legatos mittit, qui se juraturum dicant, si modo intra tento-
rium Imperiale honoris sui causa fieri Rodolphus velit. Accipit con-
ditionem Imperator potius, quam belli fortunam experiatur. Sug-
gestum in tentorio sublime paratur, ibique aureum solium eminenti-
tiori loco erigitur, Rodolphus diadema & imperialibus insignibus
conspicuus, confidentibus electoribus Imperii, ceteris baronibus cir-
cumstantibus, advenientem regem sedens expectat. Ille cum pau-

cis

cis regni sui optimatibus ingressus, consenso suggesto, ad pedes Imperatoris genua flectit, proinde ex veteri consuetudine admotis sacrosanctis Evangelii jure jurando se adegit. Interea tentoriū arte compositum, à summo usq[ue] deorsum, in quatuor proscissum partes, decidit, regemque, ut erat in alto loco ad Imperatoris genua supplex, vindendum exercitibus præbuit. Stabant circum armatae acies, rei existunt spectantes, sed quam lati Teutones gloriosum Imperatorem suum videntes, tam indignabundi Bohemi, quod rex eorum humiliari magis quam prælium experiri voluisse. Stupefactus ea re Othocarus, quamvis dolo magis quam casu cecidisse tentorium non ignoraret, subtricendum tamen in praesentia censuit, petitaq[ue] ab Imperatore, venia, plenus irarum domum rediit. Quem, tametsi sua sponte satis sureret, magis tamen ac magis uxor incendit. Quæ cognito rerum successu, advenientem regem hisce verbis allocuta fertur: *Haccine nobis spolia, hanc belli gloriam domum refer? Dediti omnes hodie tua opera veluti mancipia, veluti pecudes sumus. Regina provinciarum Bohemia, tributaria facta. Cumte olim superasse praleo Tartaros, exuisse castris Hungaros, Stiriam armis adeptum esse, Italiam cum exercitu penetrasse andiveram, felicem me, qua tali nupssem viro, patrem, qui me regi magnanimo tradidisset, sapientem existimabam, neque reginam esse ullam orbe toto, cui me cedere oporteret. Nunc falsa omnia experior. Nam quæ mulier me infelior? quis te virorum omnium ignavior? Austriaam provinciarum nobilissimam, tot urbibus, tot proceribus insignem, nulla necessitate coactus, ex manibus eradicisti. Stiriam, Carinthiam, & quas posidebas in Italia civitate, usurpimus reliquisti: cum comite Hapsburgensi insimi generis affinitatem contraxisti. Postremo ei, qui satelles tuus quondam fuerat, jure jurando exhibito, te submissisti, & servius servi factus, tuam simul ac majorum tuorum gloriam offuscasti. En utrum qui magnitudine animi renuisse imperium videri vult. Laudarem, si te illi non subjecisses. Age, si tibi animus vivilius deest, neque gladios intueri potes, sine me regem esse, experiar profecto, Bohemis an Tenuitonibus Imperium debeatur. Sunt Poloni, sunt Saxonii ac Francones, qui nostra signa sequuntur, sunt Silesiae Moraviæ, & veribimus belli tentare forsanam? Ubi nam aut tibi meus animus fuerit, aut mibi obedientia, quam te habere animadverto, sentiret profecto Rodolphus, neque vires a[re] versus dominos valere, neque dolos. Othocarus, qui uxoris charitate tencretur, eamque verum locutam animadverteret, simulque animi magnitudine*

dine irrogatam contumeliam ferre non posset, accersitis regni primis, collectisqve novis copiis, Rodolpho, qui dolo secum egisset, bellum indicit, neque ille certamen detrectat. Conveniunt ambo cum exercitibus in campis Austriae trans Danubium, commissum est atrox prælium, diuqve Marte dubio depugnatum, cum Bohemi multitudine ac robore, Svevi qvibus Rodolphus maxime fidebat, ordine ac arte superiores essent. Cecidere qvam plurimi ex utraque parte, major tamen strages Bohemorum edita. Ad extreum, relictus a suis Othocarus, dum fortiter pugnat, inter consertissimas hostium acies occiditur. Ferunt Stirienes duos domi nobiles, qvorum frater ab Othocaro per injuriam extinctus fuisse, eum toto prælio qvæsum, cum certis indiciis cognovissent, in ultionem fraternalē cædis obtruncavisse. Corpus ejus permittente Rodolpho in Bohemiam translatum regio honore sepultum. Prælium ipsa die beati Ruffi peractum, anno ab incarnatione verbi 78. post ducentos & mille. A populatione Bohemiae Imperatorem abstinuisse, qvæ genero deberetur.

CAP. XLIX.

De sancto Venceslao Bohemorum Rege sexto.

Venceslaum Othocari filium, septem annos natum, ab Orthone marchione Brandenburgensi in Franconiam abductum, regnumqve tutorio nomine ab eo qvinqve annis gubernatum, reversum puerum sub imperio matris fuisse. Illam Zavisium qvendam, ex Baronibus potentem, amasse, eujus nuptias adeptam, multis regni opes ad eum contulisse. Sed ipsa brevi morbo extincta, Zavisium captum, neciique traditum, regnum deinde ex Venceslai arbitrio ordinatum. Qvo regnante, eo ipso anno, qvo Ptolomaida a Saracenis occupata, in hanc usqve diem tenetur, Pragam fermè universam igne familiari exustam, liberalitate regis, civiumqve diligentia atqve impensa ita instauratam, ut felix incendium fuisse videatur. Rodolpho Albertus filius successerat Imperator. Huic non, minores inimicitiae cum Venceslao, qvam inter parentes eorum fuerunt. Has Iutha Venceslai conjunx atque Alberti soror, mulier viro cautor, magno labore diremit. Charissimus apud Venceslaum Alexius

qvidam, pontificio jure consultus habitus est. Qui multa de Romanorum nobilitate cum eo locutus, usqve adeo animum regis illexit, ut Jutham filiam admodum parvulam, in clara Ursinorum familia gentili cuidam matrimonio spoponderit. Hinc secuta inter Ursinos & Bohemie reges amicitia, qva apud Matthæum ejusdem familæ Cardinalem plurimi fuit. Is enim rogatus à Venceslao, Gotium Urbevetanum, utroque jure consultum, in Bohemiam misit, quo regnum sub leges reduceret. Sed impedivere principes, qibus incerta esse omnia lucrum est. Hujus Venceslai soror, nomine Agnes, Rodolpho nupsit, Imperatoris Rodolphi filio, qui Pragæ moriens ibi defunctus jacet. Ex ea natus est Joannes, qui Albertum Cæsarem circa flumen Rhenum non longe ab oppido Schaffhausen, dum siniul amicæ iter agerent, sua manu interfecit. Deinde pœnitentia ductus, Clementem quintum Pont. max, qui sibi purgationem indulgeret, apud Avignonem adiit. Pontifex Imperatoris occisionem ab Imperatore judicandam ait. Venit igitur Pisas Joannes, ubi tum Cæsar Henricus septimus ejus nominis Imperator confidebat, à quo jussus religionem ingredi eremitarum sancti Augustini, in eaqve perpetuo pœnitere, non recusavit. Mortuus est tandem in eadem urbe, & in æde sui ordiuis sepultus. Tumulum ejus nos eo anno vidimus, quo jussi ab Imperatore Frederico tertio sponsam ejus Leonoram ex Portugallia venientem, sororis tue filiam, cum aliis collegis ducturi Senas exceperimus. Mater ejus Joannis cordata mulier fuit, & ingenio feroci. Qvæ cum accepisset germanum suum contentum regno Bohemiae, delatum imperium reculasse. At ego, inquit, si rerum potiar, glebaq, una mihi modo desit, aut quod reliquum est subjiciam, aut imperio exceedam. Ferunt in coronatione Venceslai, non minus novem ducenta equitum millia apud Pragam ex regia curia cibos accepisse, peditum vero infinitam multitudinem pastam. Subjecisse & Polonus sibi Venceslaum, à qibus invitatus, in civitate Gnezno diadema suscepit. Filium qvoqve sui nominis tredecim annos natum, potentibus Hungariorum regem dedisse. Sed cum Bonifacius pontifex maximus, Carolum adolescentem, Caroli regis Sicilie filium eo misisset, & Hungarorum animi mutarentur, filium suum Albe coronatum, & sacram simul coronam ad se recepisse. Nec diu postea tertio & tricelimo ætatis sue anno, ex tabe obiisse. Mortem ejus Bohemos magno

magno mœrore prosecutos. Fuerat enim mansuetus & clementissimus princeps, & admirandus opinione sanctitatis, qvæ postea vel miraculis confirmata, traditur. Joanni Brixinensi episcopo, si vera est fama, per quietem apparens, cum eum flentem tristemq; reperisset, interrogavit, qvænam esset causa mœsticie. Dicenti se mortem ejus exquo animo ferre non posse, incredulitatem exprobavit, qui sacris eloquijis fidem non adhiberet, in quibus hæc verba potuisset aliquando legisse: *Cum te consumptum putaveris, orieris ut Lucifer, & habebis fiduciam proposita tibi spe, & defossus securus dormies. Requiescas, nec eris qui te exterras, & deprecabuntur faciem tuam plurimi: subjungensq; paryam esse ejus fidem, atque inanem, si mortem sanctorum miserans putaret, repente disparuit.* Episcopus excitatus, verba quidem sibi dicta memoriter tenuit, sed ubinam scripta essent in sacro codice, penitus ignoravit. Evoluto autem concordantiarum libro, undecimo apud Job capitulo, qvod qværebatur, invenit. Ad tumulum autem ejus insignis latro cum accessisset, exprobrans mortuo vitam, lapideæ statuæ super sepulchrum jacenti, colaphum incussum, nec mora cæcitate pæcussus impietatis suæ poenam dedit. Statua postmodum in sacrario erecta est, & alia ænea loco ejus reposita, Joannis Brabantini egregii statuarii nobile opus.

CAP. XXIX.

De Venceslao Bohemorum Rege septimo.

Venceslao filius ejus successit, qvamvis eodem nomine, moribus tamen longe dispar. Qui cum ebrietati, & turpissime parti corporis dies noctesq; indulgeret, & aliorum bona diriperet, aliorumq; uxoribus illuderet, apud Olomutium Moraviae civitatem, dum solus in domo Decani pontificalis a dis perambulat, tribus vulneribus confossum, duodeviginti natus annos interiit. Ignoratus est necis autor, qvamvis Conradus eqves Thuringus, cruentum gestans pugionem, exire regiam visus fuerit. Nam is prius obtruncatus est populari tumultu, qvam crimen confiteretur.

CAP. XXX.

De Rodolpho Bohemorum Rege octavo.

Venerat forte eo tempore Pragam dux Carinthie Henricus, cui altera ex sororibus regis, nomine Anna, natu major, iam prius nupserat. Hunc Bohemi regem sibi deligunt. Id a grex seit Albertus Imperator. Qui repente coactis copiis Bohemiam ingressus, Henricum regno deturbat, Rodolphumque filium suum regem constituit. Elizabet senioris Venceslai relieta in matrimonium ei tradita, quo regnum ejus solidius esset. Qui cum magna Bohemorum spe regnare cœpisset, subitaneo morbo correptus, primo regni sui anno ab eis liberis decessit.

CAP. XXXI.

De Henrico Bohemorum Rege nono.

Post obitum Rodolphi dissidentes inter se Bohemi, alii Fredericum Rodolphi fratrem, alii Henricum, quem dejeccerant, petierunt. Vicit Henrici factio, trucidatis alterius partis auctòribus. Et quamvis Albertus Imperator cum magnis copiis Bohemiam ingressus, regionem longe lateque afflixerit: Henricum tamen regno dejicere non potuit, prius à nepote, ut ante diximus, occisus, quam meditata in Bohemis exequatur. Successit Alberto Henricus septimus, de quo paulo antè mentionem fecimus, comes Lutzelburgensis, consilio & animo juxta potens. Hic Elizabeth alteram Venceslai sororem, octo & decem annos natam, clam jussam ad se venire, apud Spiram Galliae civitatem Joanni filio suo quatuor annis minori matrimonio conjunxit. Eodem quoquo tempore, tribus comparatis exercitibus, unum ipse in Italiam duxit adversus Brixinenses, quos armis victos, imperata facere compulit. Longobardosque omnes in potestatem accepit. Alterum aduersas comites Wirtenbergenses direxit, facro Imperio rebellés, quibus ex octoginta castellis & munitionibus oppidis, quæ obtinebant, duo & septuaginta armis expugnata ademit. Tertium ex Franconibus ac Bajoariis comparatum, duce Petro archiepiscopo

piscopo Maguntino, cum filio in Bohemiam misit. Hic est ille Henricus, qui Romæ coronatus renitente Roberto rege Neapolitanø Florentiam obſidione arctissima cœp̄xit, Pisas, Senasq̄ve in potestate habuit, & apud Bohemicum conventum in agro Senensi hostili fraude veneno extinctus fertur. Cujus corpus in vetusto ac nobili templo Pisanorum, sublimi loco post aram amici condiderunt. Pugnatum est in Bohemia pluribus locis, cum alii Bohemorum Joannem regnare cuperent, alii Henrico staderent, qui jam cum tribus Imperatorum filiis de regni possessione contendisset. Oblissa est denique Praga regni caput, diuq̄ve oppugnata, cum Henricus & Marchio Misnensis haud pigre metitia tuerentur. Ad extreum tamen oppidanorum proditione Joanni tradita, hostis in arcem lœse recepit, nec multis post diebus Henricus in Carinthiam profugit. Ex eo tempore usq̄ve ad Imperatorem Sigismundum, Bohemia in potestate Lutzelburgenſium ferme centum viginti sex annis fuit.

CAP. XXXII.

De Johanne Bohemorum Rege decimo.

Johannes potenti manu regnum gubernavit, & patre in Italia a gente apud Germanos vicario nomine administravit imperium. Patre vero defuncto, cum plurimæ Italæ civitates ei se se dedissent, penetravit Alpes cum exercitu, easq̄ve non paucis annis tutatus est, dum Fredericus Austriae & Lodovicus Bajoaria princeps, de Roma Imperio inter se contendunt. Fuerunt ei & cum conjugé graves dissensiones, Baronibus regni reginam à rege subtrahentibus, tanquam Bohemorum inimico, qui Teurones in primis haberet acceptos. Ventum est ad arma, affectum magnis calamitatibus regnum. Vix tandem complicitæ siles. Post hanc Egra à Joanne recepta est. Uratislavienſum civitas, quam dux Silesia occuparat Henricus, Legnicium quoque, & quam plures alia Silesia civitates, Joanni subjiciuntur. Geritur & adversus Australes bellum, in quo vicit Joannes suos milites præda non modica dicit. Cum regnum Poloniæ quiete obtinere non posset, Casimiro acceptis viginti millibus marcarum argenti, rursum cedit. Cracoviam tamen obſidione eingit, sed deficientibus com-

meatibus abire compellitur. Cœcus effeclus à rege Francorum aduersus Anglicos in auxilium accersitus, cum lectissima eqvitum manu consangvineo solarium tulit, prælioqve memorabili & cruentissimo se immiscuit, in quo cum multis millibus cœlusi interiit, cum regnasset quinque & triginta annis. Bellum in celebritate sancti Russi gestum. Hinc ea dies apud Bohemos atra atque innominabilis habita, qvæ duos reges hostili gladio abstulisset.

CAP. XXXIII.

De Carolo Bohemorum Rege undecimo, qui & postea Romanorum Imperator factus, Carolus quartus dictus est.

Unum & triginta annos agebat Carolus tum filius ejus, ex Elizabeth conjugé natus. Is vivente patre aduersus Tartaros feliciter dimicavit, civitates Lombardia à patre acceptas armis tutatus est. Pugnavit adoleſcens cum Veronensibus, eos prælio fudit. In ea pugna bīs èqvo dejectus, non dubitavit tertium conſendere, facinoraqve fortissimi militis edere. Ferunt eum juveniliter laſcivientem, cum Parmæ ageret, alienos thoros non paucos polluisse, neqve increpatum à patre abstinuisse. Fuisse per idem tempus Delphino Francie cum principe Sabaudia bellum, cui cum rogaſus Joannes auxilium ferre iſtatiueret, nocte qvæ decretum iter præcessit, viſum est in somnis Carolo, juvenem forma conspicuum, militari manu raptum, eminentiè loco unde videri ab omnibus posset, vestimentis exutum, moxqve virilia ei exſecta. Carolo ex proximo adolescenti qui ſpeciem ſupra humanam venerabilis adſtabat, eaq; ſic geri manda- verat, qvisnam hic juvenis eſſet tam crudeliter acceptus, & cur eo ſupplicio afficeretur, interroganti reſponſum datum, *Delphinum eſſe regis Francie primogenitum, qui talibus modis acciperetur, ſic plebendos eſſe, qui aliena matrimonia violarent.* Experrectum Carolum ſummo mane patri ſomnium recitaſſe, rogaſeq; ne fruſtra exercitum fatigaret, Delphinum enim non egere auxilio, qvem interemptum eſſe non dubitaret. Contempliſſe patrem verba filii, ſomniisq; nihil inceſe ponderiſſe respondiſſe, duorumq; dierum itinere cum exercitu profe-

profectum, certum accepisse nuntium, Delphinum in obsidione eus-
jusdam castelli, sagitta in incertum missa, consosso ingvine expirasse,
kopias ejus dissipatas esse. Carolum in villa Terentii Parmensis agri,
quo in loco visum viderat, in honore beatae virginis Mariae collegiatam
ecclesiam excoisse, magnificeque dotassem, quae adhuc extat. Patronus
ejus est praeceptor ecclesiae Pragensis, quemadmodum ejusdem Caroli
literæ attestantur, quas nos vidimus legimusque. Nomen huic Ca-
rolo in baptismo Venceslaus fuit, quod in confirmatione à Carolo
Francorum rege mutatum est, apud quem pueritiae rudimenta per-
egit. Tuit autem hic Carolus vir magnorum operum, qui regnum
Bohemie, tum religionis cultu, tum legum ac bonorum morum dis-
ciplina illustravit. Nam schola liberalium artium ab eo in Praga ere-
cta est, nova civitas in cincta, palatium regium magnificentissime
exadficatum, monasteria multa fundata, arcæ constructæ admirabiles,
pax toti regno reddita. Adeptus imperium, rursus Italiam
ingressus, Longobardos in potestatem accepit. Gibellinos, qui jam
pridem Florentia exulaverant, ejus & Cvelphis, in suum locum re-
stituit, reliquis Etrurie partibus pro suo arbitrio leges dedit. Coro-
natus Roma magnifico apparatu, novatores rerum, qui adversus ec-
clesiam sentiebant, Romano pontifici judicandos tradidit. Joanni strati
suo Moraviam possidendam concessit. Vissegradum novis muris ac
propugnaculis communivit. Corpus sancti Viti Pragam detulit. Pontem
Multuvit, qui exundationibus corruerat, in Praga restauravit. Ecce-
siam Pragensem ad Metropoliticum decus erexit, cum antea Magunci-
no pontifici subjecta esset. Clarus profecto imperator, nisi Bohemicæ
regni gloriam magis, quam Romani imperii quæsivisset. Illud quod non
mini suo non parvam inussit maculam, quod Venceslau ex filiis suis
natu majorem, in imperio sibi successorem adhuc vivens ordinare
conatus est, idque pecunia. Nam cum principes electores haud faci-
leat eam rem trahi posset, quod virtute obtinere non potuit, prelio
comparavit, promissis cuique electori centum millibus aureis. Quos
eum representare non posset, publica illis Romanae reipublicæ vesti-
gialia obligavit, perpetuum imperii malum. Hinc Romana potestas
ad nihilum redacta, nec posthac extollere caput imperium potuit,
cum principes electores omnia sibi retinerent, imperatoremque jures
jurando adigerent, ne pignora revocaret. Sigismundus alter Caroli
filius

filius à rege Hungariæ Ludovico in spem regni adoptatus est. Ibiq[ue] tandem coronam adeptus, pugnavit feliciter contra Turcas, triginta duos Turcarum regulos securi percussit. Tumultu populari captus, ac viduæ, cuius virum occiderat, in custodiā traditus, beneficio linguae libertatem adeptus, regnum armis recuperavit. In quo fortunam utramq[ue] expertus, inter viros claros eniuit.

CAP. XXXIV.

De Venceslao Bohemorum Rege duodecimo, qui & Rex Romanorum exitit.

Venceslaus etatis sua anno secundo, permittente patre, regni Bohemici sceptrum assecutus, exin qvindecimum agens annum, cum conjugē sua Joanna, apud Belgas civitatem Acvensis Romani regni coronam accepit. Quarto deinde anno pestis sa- vissima Bohemianū populata est. In Praga vero quatuor mensibus in una tantum sancti Stephani parochia tria millia funerum & qvinquaginta fuere. Sexto deinde anno regina decepit, & altera superducta est ex domo Bajoaria, nomine Sophia, longe viro suo præstantior. Inter hæc Pragenses populari tumultu excitati, atq[ue] in furorem acti, Judæorum domus invadunt, bona eorum diripiunt, domos incendunt, atq[ue] inter duas horas, non sexu, non etati parcentes, infelicem gentem gladio cædunt. Periisse aliquot millia feruntur, feruntur complurimi infantes misericordia bonorum civium, baptismi gratiam acceperunt. Calamitosum genus hominum Judæi, inter Christianos agentes, qui ubi paululum abundare creduntur, mox tanquam Jesu Christi Dei nostri majestatem contempserunt, aut religioni illuserunt, non fortunas tantum, sed vitam quoq[ue] amittunt. Impune apud Pragenses flagitium fuit, tum qvia populi haud facile corrigitur sceler, tum qvia Venceslaus desidia corruptus, præsenti rerum statu contentus, neq[ue] præterita corrigere, neq[ue] futura curavit, præcavere. Fuit enim Venceslaus longe patri abfamilis, voluptatum, seqvax, ac labores refugiens, vini prorsus qvam regni curiosior. Ob qvam rem captus à Baronibus, decēm & septem hebdomadas in custodia habitus est. Joannes Dux Lusatia & Procopius Marchio Moraviae

viae magno reipublicae malo eum libertati reddiderunt. Captus & secundo per Sigismundum Hungariae regem fratrem suum, & Alberto Austriae duci in custodiam datus. Custodia ejus in egregiis ædibus apud Vienam habita, quibus exinde cognomen Praga datum, quod eas rex Pragensium incoluisse. Sed cum parum diligenter custodiretur, fugam attipuit, regnoque rursus ipotitus est, neque tamen vitam mutavit. Sed priori consuetudine vino ciborum marcens, lucemque dormiendo nocti conjungens, ab Electoribus imperii, comprobante Romano Pontifice, imperio dejectus, domi torpens illaudatum egit eternum.

CAP. XXXV.

*De perfida secta Hussitarum, & damnatis articulis
professionis illius.*

Slib hoc Rege, nostra demum memoria, ætatis vero sue anno circiter quinquagesimo, perfida Hussitarum infania ortum habuit, cuius & originem, & progressum hoc loco proseqvi animus est, quando ea pestis omnia penè Germaniam conturbavit, neque adhuc extincta, regni Bohemicj magnam partem occupat. Rexerunt scholam Pragensem usque in ea tempora Teutones. Id molestissimum Bohemis fuit hominibus natura ferocibus, atque indomitis. Ex quibus vir quidam genere nobilis, ex domo, quam Putridi piscis vocant, apud Oxonię Angliae civitatem literis studens, cum Joannis Wiclevi libros offendisset, quibus de realibus universalibus titulus inscribitur, magnopere illis oblectatus, exemplaria secum attulit. Inter quae de civili jure, deoq; divino, de ecclesia, de diversis quæstionibus, contra clerum pleraque volumina, veluti pretiosum thesaurum patriæ sue intulit. Imbutus jam ipse Wyclevitarum veneno, & ad nocendum paratus, tum quod erat familiae sue cognomen, Putridum, piscem, id est, foetidum virus, in cives suos evomuit. Commodavit autem scripta quae attulerat, his potissime, qui Teutonicorum odio tenebantur. Inter quos Joannes eminuit, obscurō loco natus, ex villa Hus, quod anserem significat, cognomentum mutuatus. Hic cum esset ingenio peracri, & lingua diserta, multumq; dialecticis oblectatur, & peregrinas opiniones amaret, avide admodum Wiclevita-

rum doctrinam arripuit, eaqve Teutonicos vexare magistros cœpit, sperans eo modo confusos Teutones, scholas reliqueros. Qvod cum succederet, à Venceslao imperatum, ut Pragense gymnasium ritu Parisiensis gubernaretur. Ea res magistratum schole Teutonibus abstulit. Qvam ob causam commoti magistri ac discipuli Teutonicis generis, jurejurando adacti, uno die supra duo millia Pragam reliquere: nec diu post circiter tria millia secuti, apud Lipsiam Misniæ civitatem, trium dierum itinere à Praga distantem, universale studium erexere. Bohemis scholæ sive gubernatio libere patuit, qvorum princeps est habitus Joannes Hus, lingua potens, & mundioris vita opinione clarus. Qui ubi satis fidei comparatum, sibi exstimator, venenum qvod jampridem occulte conceperat, palam evomuit. Fundaverat opulentus qvidam civis in urbe Pragensi, sub nomine sanctorum Matthiae & Matthæi, haud ignobile templum, qvod Bethlehem appellavit, reditus additis, ex qvibus duo prædicatores alerentur, qui festis profestisqve diebus verbum Dei Boemico sermone plebis insinuarent. Horum alter Joannes assumptus est. Qui cum se libenter audiri animadverteret, multa de libris Joannis Wiclevi in medium attulit, asserens in eis omnem veritatem contineri, adjiciensqve crebro inter prædicandum se, postqvam ex hac luce migraret, in ea loca proficiisci cupere, ad qvæ Wiclevi anima pervenisset, qvem virum fuisse bonum, sanctum cœloqve dignum non dubitaret. Seqebantur Joannem clerici serè omnes, ære alieno gravati, sceleribus ac seditionibus insignes, qvirerum novitate evadere, pœnas arbitrabantur. His & nonnulli doctrina celebres juncti erant, qui cum in ecclesia conseqvi dignitatem non potuissent, iniquo animo ferebant sacerdotia majorum censum his committi, qui qvamvis nobilitate præirent, scientia tamen viderentur inferiores. Exccccavit eos invidia, ut qui viderant non viderent, & qui intellexerant, non intelligerent. Proruperunt in blasphemias, & cum aliquibz ignaribz fortasse ac viciofis maledicere possent, in omnes latrare sacerdotes coepere, & ab ecclesia catholica recedentes, impiam Valdensium sectam atque insaniam amplexi sunt. Hujus pestiferæ ac jam pridem damnatae factionis dogmata sunt: Romanum præsumem reliquis episcopis parem esse, inter sacerdotes nullum discrimen. Presbyterum non dignitatem, sed vite meritum efficerem potiorem. Animas è corporibus excedentes, aut in eternis è vestigio panai mergi, aut perpetua conseqvi gaudia, purgatorium ignem nullum inservire.

veniri. Vannum esse orare pro mortuis, & avaritie sacerdotalis inventum. Dei & sanctorum imagines de'endas. Aquarum palmarumq; benedictiones irridendas. Mendicantium religioses malos damones invenisse. Sacerdotes pauperes esse debere, sola contentos elemosyna. Liberam cuique predicationem verbi Dei patere. Nullum capitale peccatum, quantumvis majoris maliti vitandi gratia, tolerandum. Qui mortal is culpa reus sit, eum neque seculari, neque ecclesiastica dignitate potiri, neque parendum est. Confirmacionem, quam chrismate pontifices inducunt, & extremamunctionem inter ecclesia sacraminime contineri. Aurichlarem confessionem nugacem esse, sufficere sua quenque Deo in cubili suo conficeri peccata. Baptisma fluvialis unda, nulla interjecta sacri olei mixtura recipiendum. Camiteriorum inanem usum, questus causa repursum, quacunque tegantur tellure humana corpora nil distare. Templum Dei late patentis ipsum mundum esse, coartare maiestatem ejus, qui ecclesias, monasteria, oratoriaq; construunt, tanquam proprior in eis divina bonitas inveniatur. Sacerdotales vestes, altarium ornamenta, pallas, corporalia, calices, patens, vasaq; hujusmodi, nil habere momentum. Sacerdotem quoconque loco, quoconque tempore, sacram Christi corpus confidere posse, perentibusq; ministrare, sufficere si verba sacramentalia tantum dicat. Suffragia sanctorum in calix cum Christo regnantium, frustra impetravi, qua juvare non possunt. In canoniceis horis cantandis dicendisq; frustra tempus teri. Nolla die ab opere cessandum, nisi qua Dominica nunc appellatur, celebritates sanctorum proflus rejiciendas. Jejunii quoque ab ecclesia institutis, nihil inesse meriti. Subioco cognomine Lepus, claris parentibus apud Bohemos ortus, per idem tempus Pragensem ecclesiam pontificio retinebat, consilio & animo illustris. Qui orienti calamitati obviaire cupiens, priusquam amplius debaccharetur, libros Joannis Wiclevi ad se terri, omnesq; doctorum viro iu consilio adhibito, publice concurremari jussit. Supra ducentavolumina suis traduntur, pulcherrime conscripta, bullis aureis tegumentisq; pretiosis ornata. Joanni predicatione interdicta, & minax adiecta, si quando priores in populu errores vulgare auderet. Ipse Praga excedens, apud villam, ubi sibi origo fuit ac cognomen, permittente loci domino, qui ejus insanit favebat, vocare plebes, ac docere non desistit, multa in Romanum praeulem, multa in reliquos ecclesias pontifices maledicta congerens. Utq; populi animos sibi magis ac magis conciliaret, Decimas haud aliter quam elemosynas sacerdotibus debitis adstrinxit, liberum prædia possidentibus, si velint eas dare, si nolint, nullo jn-

recogi posse. Nondum errore sacramento altaris irrepererat. Sed attulit novam pestem Petrus Dresdensis (id oppidum Misnæ super Albim situm) qvi cum aliis Teutonibus paulo ante Bohemiam reliqverat. Cognitus inter suos, qvia Valdensi lepra infelix esset, patria pulsus, velut haeticorum asylum Pragam repetiit, puerorumque doceendorum curam accepit. Apud ecclesiam sancti Michaëlis per id temporis populum prædieando instruebat Jacobellus Misnensis, literarum doctrina & morum præstantia juxta clarus. Petrus hunc aggressus mirari se ait doctum & sanctum virum, qvi divina eloquia plebis expuneret, errorem illum non animadvertisse communionis Eucharistie, qvi jam pridem ecclesiam perfundasset. In qua sub una tantum specie dominicum corpus populo ministraretur, cum apud Joannem Evangelistam & Apostolum Christo dilectissimum, sub duplice specie panis viniqve sumi jubeatur, dicente apud eum Salvatore: *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & bibitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Conmotus his Jacobellus, cum perquisitis vetustis sanctorum doctorum codicibus, Dionysii præfertim, & Cypriani, communionem calicis laudatam invenisset, prohibitus apud sacellum archangeli Michaëlis prædicare, in templo majore sancti Martini cathedralm fortitus, publice commovere populum cœpit, ne deinceps communionem calicis, sine qua salvari nemo posset, quoqvo pacto negligerent. Huic omnes haeticci consenserunt, haud modica gestientes latitia, quod articulum invenissent in Evangelica lege fundatum, per quem Romanæ sedis vel ignorantia, vel nequitia argui posset. Odioso quamvis haec animo rex intelligeret, desidia tamen corruptus, & inertia torpens, impune debacchari sinebat haeticos. Subinco archiepiscopus ubi nullum adversus tantum emergens malum in Venceslao præsidium invenit, ad Sigismundum Hungariae regem confugit, obsecrans atque obtestans, ut negligentiam fratris emendet, neqve labefactari orthodoxæ fidei sacramenta permittat. Dat fidem Sigismundus petitorum se brevi Bohemiam, ecclesiae catholice consulturum. Sed dum dies die ducitur, Subinco apud Postinium in Hungaria moritur, & Albus ei sufficitur, natione Bohemus, arte medicus, & Sigismundo propterea charus, unicum extremæ avaritie barathrum. Qvi claves cellæ vinariae nulli alteri quam sibi ipsi credidit, & animalia viventia dono accepta mox vendidit. Et qvia sumptuosos esse coquos didicerat, abjectam

abjectam anum popinæ suæ præfecit. Interrogatus aliquando , fondum omnium quem molestius audiret, *maxillarum*, inquit, *offa frangens*. Idoneus profecto pontifex, qui surgenti somentum hæresi daret. Infestabat ea tempestate Romanam ecclesiam Ladislaus rex Neapolitanus, adversus quem Joannes Papa tertius & vicesimus bellum decernens, plenariam peccatorum remissionem indulxit his, qui ad tuendam ecclesiam arma induerent. Recitabatur in ecclesia Pragensi decretum pontificis. Quid cum quidam sordidae artis homines audissent, Joannem Papam Antichristum esse magna voce clamaverunt, qui crucem contra Christianos decerneret. Eos è vestigio senatus in carcерem rapi jussit, populus vero suscepit armis, dimitti omnes petuit. Sed placuisse oratione senatus, tanquam vita captivorum in tutu esset, suam qvisque domum rediere, de illis clam supplicium sumptum. At cum sanguis extra prætoriū januam defluens indicium necis fecisset, iterum currētis populus, interemptorum corpora rapuit, & aureo circumvoluta panno per omnes urbis ecclesias detulit, cibamantibus ejusdem sectæ sacerdotibus, illi sunt sancti, qui pro testamento Dei sua corpora tradiderunt. Exin cadavera in sacraio in Bethleem reposita, quasi martyrum reliquia: aromatibus condita.

CAP. XXXVI.

De Joanne Hus, & Hieronymo hæresiarchis, in Constantiensi concilio igni traditis.

Dum hæc aguntur, generale Concilium apud Constantiam Sverorum urbem cogitur. In quo de rebus Bohemicis sermo habitus, patrum mentes ingenti cura confecit, volventium animo qvonomodo sanari provincia posset. Placuitq; tandem, Sigismundo Imperatore svadente, Joannem & Hieronymum ad Synodum vocari, qui tum cæteris ejusdem regni doctiores, tum populi ductores, ac hæresum principes habeantur. Venerunt ambo, non tam verecunde aliena discere, qvam sua impudenter ingerere parati, docendi qvippe qvam discendi cupidiores, & populares amantes aures. Auditii sunt in confessu patrum Joannes a tate major & autoritate habitus, doctrina ac facundia superior Hieronymus. Lectione

omni natione patres, divini atque humani juris doctores, saepe cum his colloquium habuere, dogmata eorum à lege divina aliena esse monstrarunt, neque bonis conducere moribus. Rogaverunt, ne plus sapere quam ecclesia vellent, sed saperent ad sobrietatem. Peregrinas opiniones relinquerent, ingenia sua, quæ quidem essent nobilissima, Wiclevitarum infania ne fodarent. Eloquentiam, qua prædicti es-sent, in corroborandis ecclesiæ institutis, non evertendis: in edocen-dis populis, non dedocendis, exercerent. Posse eos & in conspectu dei, & in ecclesia militante sublimem conseqvi locum, si rejectis novita-tibus patrum vestigia sequeverentur, inventionesq; suas universali Con-cilio submitterent. Stetere in proposito pertinaces Bohemorum animi, neq; vieti rationibus vinciri voluerent. Se veracæ se sancti Evangelii amulato-res, se Christi discipulos esse. Romanam ecclesiæ ceteraque, per orbem diffusa, longe à traditionibus Apostolorum abiisse; que opes ac delicias secularentur, dominatum in populos, & primos in convivio accubitus exquirerent, canes, equos alerent, ecclesiærum bona, qua Christi pauperibus deberentur, per la-criviam luxumq; consumerent. Aut nefare pro�is divina mandata, aut scientes contempnere. Primores magnæ Synodi, ubi pertinaciam & im-mutabiles animos perditorum hominum animadverterunt, membra ecclesiæ putrida, quæ sanari non poterant, ne reliquum corpus infi-icerent, resecanda censuerunt. Lata est in confessu patrum adversus contumaces sententia, cremandos esse qui doctrinam ecclesia respuerent. Prior igitur Joannes combustus est, Hieronymus diu postea in vinculis habitus, cum relipiscere nollet, pari suppicio affectus. Pertulerunt ambo constanti animo necem, & quasi ad epulas invitati ad incendium properarunt, nullam emitentes vocem, quæ miseri animi posset face-re indicium. Ubi ardere coeperunt, hymnum cecinere, quem vix flamma & fragor ignis intercipere potuit. Nemo Philosophorum tam fortianimo mortem pertulisse traditur, quam isti incendium. Pog-gius Florentinus, atatis nostræ nobilis scriptor, de morte Hieronymi ad Nicolaum Nicolai concivem suum, elegantem scriptis epistolam, quamvis paululum sua conlvetudine in mores cleri invectus videatur. Cij neres exustorum, neraperentur à Bohemis, in lacum projecti. Di-scipuli eorum ex eo solo terram abstulere, in quo ignis fuit, eamque veluti sacram secum attulere in patriam. Joannes ac Hieronymus apud Bohemos martyrum honores meruere, nec minores quam Pe-trus

trus & Paulus apud Romanos habiti. Nunciatis enim in Bohemiam, qvæ Constantia gesta fuerunt de Joanne ac Hieronymo, discipuli eorum seqvacesqve omnes in unum convenientes, memoriam in primis defunctorum consecrant, celebrandamqve qvotannis decernunt. Exin per amicos nonnullas sibi ecclesiæ à rege tradi extorquent, in qvis suæ prædicare plebi, sacramentaqve ministrare liberè possint. Neqve hoc modo contenti, apud Sclavoniam nobile monasterium fratrum Prædicatorum extra mœnia oppidi situm, è fundamētis dejiciunt. Eaqve prima ecclesiæruina in Hussitarum novitate facta, decurritur in ecclesiæ, monasteriaqve passim, nobilissima superis dicata templo ferro atqve igne vastantur. Nullum ego regnum ætate nostra in tota Europa tam frequentibus, tam augustis, tam ornatis templis dīatum fuisse, qvam Bohemicum reor. Templo in ecclæm erecta, longitudine atqve amplitudine mirabili, forniciis tegebantur lapideis, altaria in sublimi posita, auro & argento, qvo sacerdotum reliquæ tegebantur, onusta, sacerdotum vestes margaritis teatæ, ornatus omnis dives, pretiosissima suppellex, fenestræ altae atqve amplissimæ conspicuo vitro & admirabili opere, ut lucem præbeant. Neqve hæc tantum in oppidis atqve urbibus, sed in villis quoqve admirari licebat. Fuit inter cetera monasterium Aulæ regiae, apud ripam Multaviæ, qva Mosa fluvius illi jungitur, situm, in quo regum corpora condebantur, singularis excellentiæ. Nam præter, ædem magni & memorabilis operis, amplum dormitorium, ceterasqve monachorum officinas magnifice constructas, habuere circuitum, qvi non parvum conclusit hortum, ambitum vocavere. In hujus latribus vetus novumqve testamentum ab initio Genesis usqve ad Apocalypsim Joan. literis majusculis in tabulis scriptum, continebatur, notis qvo altius irent paulatim crescentibus, ita ut à summo usqve deo sum facilis lectio præberetur. Sed hoc decus post Venceslai mortem, Hussitarum rabies delevit. Qvi postqvam ecclesiæ qvamplurimas dejecerunt, monasteria incenderunt, castellum petentes, cui Bechingen nomen est, oculo ferè millaria ab oppido, qvod nunc Thabor appellant, triginta circiter millia hominum convenere, atqve ibi trecentas mensas in patentibus campis erexere, ex qvibus populo sacramentum calicis ministrarunt. Terruit ea congregatio Venceslaum, verentem ne tumultu facto in se arma converterent, regnumq; sibi adime-

adimerent. Nec sua res periculo cartuit. Venceslaus ei salutisuit, cognomento Coranda, singulari facundia presbyter, & in pleibus auditus. Quidum populum de republica admoneret, inter cetera locutus est, *Quanquam, inquit, viri fratres, ebriosum atque inertem sortiti regem facimus, si tamen ceteros expendere principes pergitimus, nemo est quens nostro regi antiferamus, quem reble omnium regum specimen dixerim, quietum, benignum, nostri amantem.* «Nam quis eo regnante nos lacefere audet? licet nos ex voto vivere nostro. Si non est eadem sibi, que nobis de religione sententia, ritum nostrum neq; ipse perturbat, neq; alios perturbare sinit. Quibus de rebus par esse arbitror precer pro eo ad Deum fundamus, ut q; singulis ei vitam rogemus, cuius desidia nostra salua, nostra quiete est. Quid cum ab exploratoribus rex cognovisset, quieto animo fuit, & tactus ex tepido frigidus, Corandum inter amicos habuit. Per idem fermè tempus surrexit & alius pseudolacerdos apud Pragam, Joannes qvidam ex ordine Praemonstratensis impius monachus, & ad omne seculus audax. Qui cum prædicaret apud sanctum Stephanum in Piscina, neque bene sapere videretur, inde amotus monasterium Carmelitarum invasit. Hoc trahere hæretici, ut suam potentiam ostentarent. Singulis fermè diebus sacram eucharistiam per suas ecclesias circumvectabant. Quas cum paucas esse dicerent, ductore Nicolao viro nobili, ejus loci domino, unde Joannem Hus originem trahere diximus, in regiam tumultuarie prorumpentes, Venceslaum oravere, sibi ut ampliores ecclesias elargiretur, quijam populi majorem partem obtinerent. Auditiv rex benigne Nicolaum pro multitudine loquenter, utque in posterum diem rediret, jussit: deinde misslo populo ad Nicolaum qui remanserat, conversus, *Tu, inquit, qua me regno ejiceres, orditus es telam, at ego laqueum inde efficiam, quo te postea strangulem.* Ille à regis conpectu abiens, populares magis ac magis incendit. Rex in arcem Vissegradensem ubi vicinam, parvoque tantum fluvio disjunctam, fese recipit, & paulopost in castellum novum, quod ipse construxerat, quinto distans lapide, cum paucis adiit, miliis ad fratrem oratoribus, qui ejus auxilium implorarent. Consulibus autem novæ civitatis Pragensis, ne ulterius ab hæretici dominicum corpus in pompa deferri linerent, imperavit.

CAP. XXXVII.

De morte Venceslai Regis.

AT hæretici pridie calendas Julii apud ecclesiam Carmelitarum convenientes, ad eudem sancti Stephani eucharistiam per plurimas plateas atque ecclesiæ armati circumtulere, ibique dominum fæc[t]otis suis ineptiis non consentientis diripuere, & sublato clauore ingenti furentes prætorium petiere. Consules undicim metu percussi fuga salvati sunt, septem qui remanerant, & cum his iudex urbis, atque alii nonnulli cives, raptim intercepisti, ex altissimis fenestris in forum precipitati, lanceis ac veribus irati populi excepti, dirum spectaculum dilaniati præbuere, stante in foro Joanne monacho, & sacrum Christi corpus sanguinario populo ostentante. Camerarius regni, qui cum træcentis equitibus ad sedandum tumultum occurrerat, ubi furentem plebem animadvertisit, de sua vita sollicitus, fuga sibi consuluit. Ea cum regi renuntiarentur, cunctaque circumstantes attoniti facinus detestarentur, *at ego* (inquit pincerna) *futura hac præstieram*. Quem rex indignatus corruptum, repente ante pedes suos prostravit, & arrepto pugione conatus est interficere. Sed impeditus à circumstantibus, ægrè illi vitam dimisit. Nec mora paralysi corruptus, ægrotare cœpit, atque infra octo & decem dies, signatis uominibus hæreticorum, quos neci destinaverat, fratrem assidue vocitans, & amicorum auxilia anxius expectans, ante vita excessit, quam vocati principes adessent, cum regnasset annis quinque quinquaginta, vixisset & duobus amplius. Conservarunt corpora regum apud Bohemos, priusquam sepelirentur, octo diebus aromatibus condita, per sacraria urbis circumterri plangiique, & sequentibus amicis ac Baronibus conclamati. Hoc in Venceslao negligetur, non audente regina ingredi novam civitatem. Delatum est cadaver ad ecclesiam sancti Viti in arce, & inde ad Aulam regiam, de qua paulo ante meminimus, ibique conditum in sepulchro, quod ipse sibi delegerat. Sed postea cum monasterium ipsum ab hæreticis diriperetur, & sepulchra regum effringerentur, cadaveraque abjicerentur: pîciculos quipiam, nomine Muscha, Venceslao vendere solitus, regis, quem amaverat, corpus clam collegit, & in loculo apud se domi condi.

condidit. Interjecto deinde tempore, rebus in meliorem formam redactis, cum Venceslai corpus inqvireretur, acceptis viginti aureis illud reddidit, tumq[ue] circumgestatio ex more facta, & justum regi funus exhibitum.

CAP. XXXIIX.

*De Joanne Zischa, bæreticorum Hussitarum capitaneo,
in armis strenuissimo, ac victoriosissimo.*

Recens obierat Venceslaus, cum Joannes Zischa nobilis genere ex loco, cui Trosnovia nomen, censu tenui, in curia regis à paero enutritus, & bellis exercitatus, uno carens oculo, quem strenue pugnans jam pridem amiserat, infectus Hussitarum veneno, & rapinarum avidus, collecta perditorum hominum multitudine, in ecclesiis, quæ restabant, impetum fecit, simulachra Sanctorum, & imagines magni Dei perfregit. Monasterium Carthusianorum Pragæ vicinum invasit, quo directo monachos ejus ordinis tanquam populo inutiles, qui veluti sues in claustris saginarentur, & migrare alio jussit. Venere per idem tempus ex montibus Pragam. CCCC. circiter viri cum mulieribus, lepra Hussitarum infecti, atque in foro sedentes, cibum ex magistratis petiere. Consulatus metu plebis, quæ advenarum miscrebatur, cibaria eis publicitus ministravit. Zischa hos sibi adjunxit, arcem Vissegradensem, quæ negligenter custodiebatur, invadere cupiens, ad locum, quem Cruces appellant, profectus est. Ibi supra quadraginta millia virorum ex haec scis convenere. Qui suam multitudinem conspicati, animum ad omne facinus audacem sumpsero. Multa ibi adversus Sigismundum Cæsarem, quem regium hæredem suis conatibus infensum norant, excogitata atque decreta. Exin Zischa, duce Coranda, de quo supra meminimus, Pelzinam, ubi complures esse suæ factionis amicos non ignorabat, valido praesidio muniit, qui apud Cruces remanserant, arcem Vissegradensem invasere. Sophia interim anxia, quo se pæsto tueretur, crebris nuntiis ac literis Sigismundum vocare, vicinorum auxilia petere, atque in omnes partes mentem dirigere. Sigismundum malo usum consilio, in Turcas, qui se jam pridem castris exuerant, arma

mapius movere, qvam Bohemiam petere libido incessit. Qvod si exercitum Pragam duxisset, anteqvam vires hæreticorum convaluerissent, nunquam ea incendia, qvæ postea vidimus, Germaniam exuissent. At dum ille Turcas lacestere parat, Bohemiam amisit, & Hungariam non defendit. Ea propter cum serum esset ejus auxilium, regina cum Cenchone Wartenbergensi regnum gubernans, ex thesauro regio copias comparavit, arcem Pragensem & minorem civitatem, qvæ arcu adjacet, præsidio firmavit, ponti Multaviae, ne transitus illac esset hæreticis, ligneas turres ac januas adjecit. At illi passim per regnum conventus agitare, sollicitare populos, hos minis terrere, illos blanditiis allicere, implere Novam civitatem suis hominibus, dies noctesqve consultare, qvibus modis summam sibi rerum acqvirerent. Cum qvibus Petrus Scaremburgius apud insulam Benedicti confligens, æqvo marte prælium diremit. In Praga aucta hæreticorum alluvie, pro ponte pugnatum, multisqve utrinque cadentibus, pons denique in potestate Hussitarum factus, declivioris partis Pragæ minoris fideles in altiorem sese partem receperunt, atque inde conversi acribus animis instauravere certamen. Pugnatum est die noctuqve continua qvinqve diebus, saevissimis ac crudelibus ausibus, multi utrinque cæsi, magnificæ domus exustæ, prætorium infimo loco situm, incensum atqve delictum.

CAP. XXXIX.

*De Sigismundo Bohemorum rege tertiodecimo, &
Romanorum imperatore.*

Cum hic esset rerum status, legati Sigismundi supervenire. qui regni gubernationem accipientes, cum civitate Pragen-ii ea lege inducias focre, ut arce Visegradiensi reddita, licet civibus ad Sigismundum oratores mittere, deq; re suacum eotransfigere: Zischa Pelzinam, Pieštam, & alia que occupaverat loca, restitu- ret. Conditionibus acceptis atq; completis, externi hæretici urbem reliquere, consulatus ex prisco more gubernationem iniit, qvietior redditia civitas, non tamen Catholici, qui excesserant, redire au- si. Exspectabant autem Sigismundi adventum, cuius præsentia sese,

tutos arbitrabantur. Sed interruperunt spem literæ ab eo missa, in quibus scriptum erat ipsum brevi venturum, regnumque eo modo gubernaturum, quo pater ipsius Carolus provinciam gubernasset. Qvibus ex verbis intellexerunt heretici sectam suam exclusum iri, qvæ regnante Carolo nondum ortum habuisset, proinde magis ac magis indignari. Sigismundus autem ad festum nativitatis Dominicæ, Brunnam, qvod est Moraviae oppidum, petuit, ibique Pragensibus veniam pententibus ea lege pepercit, ut catenas & repagula tota ex urbe deponerent, suos magistratus acciperent. Paruit attonita civitas, cum primores regni elevatis in celum manibus adventum novi regis gratulabundi exposcerent, ejusqve rectores sine controversia reliqua urbes admirterent. Nec dubium videbatur, qvin tota Bohemia labes Hussitarum excessisset, si ex Brunna Sigismundus recta via se Pragam contulisset. Sed divertit ille, ut fortasse sati sui erat, Utralislaviam qvæ Slesiae caput accessit. Qvo in loco populus urbanus non diu ante consolatum à Venceslao fratre suo constitutum per seditionem obtruncaverat, cuius sceleris autores securi percussit. Qvod ubi Pragæ renunciatum est, diffisi de venia cives, exemplum Vratislavienum veriti manifesto desciverunt, & allelo premiis Cenchone, qui arcis Pragensi præcerat, in totum regnum literas dedere, ne quispiam Sigismundo aditum præberet, qui Dalmatica lingua hostis esset, nec alia cura teneretur, quam regni perdendi, qui antiquam Prutenorum civitatem Ordini jure pignoris obligasset, Brandenburgenses autem à corona Bohemica alienasset, Johannem ac Hieronymum in Constantiensi concilio cremari non solum permisisset, verum etiam procurasset, dogmata fidei, qua ipse sequebantur, totis conatibus impugnaret.

CAP. XL.

De civitate Thabor & extrudione ejus, fratribusq[ue] Thaboritis.

Tischa dum hæc aguntur, relicta ex fœdere Pelzina, bis à fidelibus invasisus, bis versutissimus, ex penè viicto viator evasit. Erant aspera loca, in quibus pugnare oportuit, hostes in equis, milites sui omnes pedites, nec certamen committi nisi pedire poterat. Ut ergo desiliere ab equis adversarii, mulieres qvæ de more

HISTORIA BOHEMICA.

6

more suum exercitum seqvebantur, projicere popla in terram jussit, quibus implicita per calcaria equites, prius extincti sunt, quam pedes expedire valerent. Iple deinde Auscam petuit, oppidum ad Lusinicum amnem in ripa situm, ex quo Copius & Ulricus fratres, verae fidei cultores, ejusque loci domini, non parvam populi partem ejecerant cum hereticis sentientem. Id Zischa Quadragesima nocte aggressus armis expugnavit, diripuit, incendit. Sed & Licium castellum, ab eo loco mille passuum distans, quo se Ulricus receperat, vi cepit, Ulrichum familiamque suam gladio occidit, unitantum-vita retenta, qui reliquos obtruncaret. Cumque civitatem quam incoleret muro cinctam non haberet, locum natura munitum ad eundem amnum elegit, vix octo stadiis ab Auscha separatum. Hunc moenibus cinxit, & ut quisque tentoria fixerat, ita edificare sibi domos imperavit, civitati Thabori indidit nomen. Nam & comites ejus, fratres Thaborites appellabantur, tanquam cum tribus Apostolis saluatoris Christi transfigurationem in monte vidissent, indeque suas opiniones mutuati essent, quas fidei veritates appellant. Civitas quamvis altis defensa rupibus, muro tamen & antemurali cincta est. Lusinicus amnis majorem urbis partem alluit, quod reliquum torrens non modice ambit. Qui cum recte in Lusinicum tenderet, saxe colle impeditus, quam longa est civitas, fleteret ad dexteram iter coactus, in fine urbis majori fluvio miscetur. Spacium quo per terram acceditur (nam penè insulam duo amnes efficiunt) vix pedes triginta protenditur. Hic fossa profunda manufacta, & triplex murus ea crassitudine, quæ nullis effringi machinis queat. Turres in moenibus crebra, & propugnacula, quæ ipsi Thaborites expugnandarum urbium magistri excogitaverunt, locis opportunis constructa. Hic refugium omnium hereticorum, arcemque Zischa primus erexit, qui cum secuti sunt, pro suo quisque ingenio munimenta urbis auxerunt. Nos quamvis vidimus civitatem descripsimus. In amne Lusinico auri grana reperiuntur, ciceris & quantia magnitudinem, quæ nullo egent purgamento. Non dum equites apud Thaborites militaverant, cum essent omnes fermè infirmi plebis homines, & qui non tam novam fidem secuti, quam judicia & carceres fugisse videbantur. Nicolaus magister monetae, quem Sigismundus ad res curandas in Bohemiam miscerat, primus omnium

equorum copiam Thaboritis fecit, qui cum mille eqvitibus in vico, cui Vogice nomen est, novis Zischæ motibus occursum confederat. In hunc nocte ipsa paracevæ Zischæ ex improviso prorumpens omnes illi eqvos ademit, arma surripuit, vicum incendit. Milites suos eqvos ascendere, saltare, currere, flectere in gyrum docuit, neque posthac absqve alis eqvitum copias duxit. Nicolaus in arce salvatus est.

CAP. X LI.

De Adamitis hereticis.

Intra haec & alia apud Bohemos nepienda & inaudita prius emer-
sit haeresis. Picardus qvidam ex Gallia Belgica, transmissio Rhe-
no, per Germaniam in Bohemiam penetravit, qui præstigiis qui-
busdam fidem sibi concilians, brevi tempore non paruam mulie-
rum virorumque plebem ad se traxit, quos nudos incedere jubens,
Adamitas vocavit. Et occupata insula quadam, amne Lusinio cincta, filium Dei se dixit & Adam vocari. Connubia eis promiscua-
fuere, nephas tamen injussu Adam mulierem cognoscere. Sed ut
quisque libidine incensus in aliquam exarsit, eam manu prehendit,
& adiens principem, *In hanc, inquit, spiritu meus concaluit*. Cui prin-
ceps respondit, *Ite crescite, & multiplicamini, & replete terram*. Aiebat
ceteros homines servos esse, se vero & qui ex eis nascerentur, libe-
ros. Ex iis quadraginta viri insulam exiere, & intrantes vicinas vil-
las, evaginatis gladiis super ducentos agrestes interfecere, quos dia-
boli filios asserabant. Zischæ iis auditis, quamvis sceleratus, scelus
tamen exhorruit. Habet enim hoc natura hominum, ut aliena magis
quam sua quisque vitia perhorrescat. Neque summa mala diu
inulta manent, ultoremque mali saepe malum cernere licet. Dire-
xit igitur in eos exercitum, expugnataque insula, Adamitas omnes
gladio delevit, duobus tantum reservatis, ex quicis gentis supersticio-
nem cognosceret. Audivi ego ex Ulricho Rosenfi præstanti regulo,
cum agerem in Bohemia, fuisse apud se viros & mulieres ejus sedæ
captivos, & mulieres quideni palam dixisse, *non esse liberos, qui vesti-
bus & præfertim femoralibus mortentur*, easque in carcere apud se pepe-
rilli,

riffe, quas cum anno clapso simul cum viris igni tradidisset, ridentes cantantesque flammam incendia pertulisse.

CAP. XLII.

Quomodo Sigismundus Bohemiam ingressus, coronam regni acceperit, minusque feliciter pugnaverit.

Sigismundus interea convocatis Silesiarum ducibus, ingressus Bohemiam, Graecium, exinde Cuthinam infesto exercitu petit. Cen-
chonem ut arcem Pragensem sibi reddat, magnis sponzionibus
allicit, eqvitum quatuor millia, qui urbem lassant, ibidem col-
locat. Cenko bina proditione insignis domum revertitur. Pragen-
ses Zischam accersunt, qui cum Thaboritis nihil moratus, urbem ae-
cepit in potestatem. Duo tantum ex Baronibus Hileo Cruffina Li-
tuburgensis, & Hilco Valdesteinensis, ac pauci nobiles, Pragensem
signa leqvebantur, reliqua multitudine ex plebe collecta. His primum
studium fuit arcem oppugnare. Locus ipse natura munitus, non aliter
quam vinci same posse apparebat. Clavis aditus, ne quid commeatus
importaretur. Sigismundus ferro iter aperuit, obsecsisque necessaria
præbuit, nec diu postea civitatem ipsam, accersitis ex imperio auxi-
liis, obsidere decrevit. Fuerunt in castris ejus Saxoniae duces, Marchio-
nesque Brandenburgenses, & gener ejus Albertus Austriae princeps.
Oppugnata erat civitas sex hebdomadibus. Ipse vero Sigismundus in
aede Metropolitica, quæ in arce sita est, regni coronam accepit. Con-
radus natione Westphalus archiepiscopus, qui postea in haeresin pro-
lapsus est, sacris solennibus rite peractis, diadema ei imposuit. Albi-
eus enim jam pridem dignitati cesserat, cum familiam edentem biben-
temque ferre non posset, & minori contentus officio, avaritiae ser-
viebat. Oppugnabatur summis viribus haeretica civitas. Medio tem-
pore reguli Rolenses, & Chrageri Thaboritæ castra tenentes, à Nico-
laio Hus, quem Zischa cum parte copiarum eo miserat, prælio vieti
exuuntur. Graecium quoque reginæ ab haereticis expugnatum. Immi-
net urbi Pragensi sublimis mons, quem Viclehonis appellant, hunc
ne hostes occuparent, Zischa præsidio munierat. Cum quevis Marchio
Misnen-

Misnensis congressus, magnam militum suorum partem amisit. Misnenses enim cum jam montis eacumen occupassent, in partem coacti, quæ prærupta erat, acrius oppressi, ubi retinere impetum non valueret, alii cæsi sunt, alii ex monte deturbati per abrupta dilapsi perierunt. Sigismundus obsidione dimissa Cuthnam se recepit. Per idem tempus vulgaverant hæretici ipsa die Pentecostes ignem de caelo esurum, qui urbus Bohemicas omnes extinxeret. Ob quam rem magna ex parte civitatum moenia relicta, populariter in agris erratū. Sed die prædicta, cum imbræ tota sermè Bohemia vehementes fuissent, religio in risum conversa, multū hæreticis opinionis detraxit. Vicit tamen obstinatio eorum, quos rapinarum cupidus magis quam fidei zelus pellecerat. Zizcha apud Pragenses degens, ex consilio suorum sacerdotum, omnes basilicas delere adoratus est, quæ sanctorum nominibus dedicatae fuerant. Neque enim fas esse dicebant, alteri quam soli Deo templa sacrari. Hinc plurima monasteria & nobiles ecclesiæ uno impetu in civitate disjectæ. Id Pragensibus ægre fuit, quibus servandum ardificiorum decus videbatur. Orta dissensione, jurgioque lensim obrepente, Zizcha cum suis abiit, & ad Thaboritas reversus multa fidelium loca expugnavit. Inter quæ Pragatini præpositi Vissegradensis oppidum diripuit, in quo viros ac mulieres cum pueris & infantibus, cunctosque loci sacerdotes in ecclesia conclusos, immisso igne combussit.

CAP. XLIII. De Orbitali hæreticis.

Fuit & alia in Bohemia hæreticorum factio, fratum Orebitarum, appellata, quæ territorium Graecense vicinasque gentes magis affectit cladibus, pestilera atque inumanis, neque Thaboritarum crudelitate ultra ex parte inferior. Adversus quam Martinus quintus Pontifex maximus nominatum crucem decrevit, neque tamen in plures annos extirpari potuit. Hujus sectæ homines, quotiens sacerdotes nostros intercepere, aut igne cremayerunt, aut nudos rigente hyeme super glaciem colligatos dimisere. Quos parvi momenti existimarent, defecatis virilibus abire permiserunt. A Pragensibus inter haec summis viribus arx Vissegradensis oppugnatur. In qua cum cetera

cetera abessent, eqvinæ carnes aliquandiu pro cibo fuere. Ad extremum nisi ad certum diem Sigismundus auxilium ferret, deditio promissa, verum ea lex adjuncta, ut veniente Sigismundo Visegradenses profici quiescerent. Affuit inter diem dictum imperator, ignarusque conditionis, locum ingressus aratum sub arce, in quo facile ab obcessis defendi poterat, cum illi datam fidem observassent, invasus repente à Pragensibus, ingentem perpessus stragem, rebus infectis retro abiit. Ceciderunt ex Moravis quatuordecim proceres, ex Hungaris ceterisq[ue] gentibus quam plurimi, arx Pragensibus dedita.

CAP. XLIV.

De multis praliis & victoriis Joannis Zische.

Zischa dum hæc fiunt, Booslaum regulum, cui Cygneo cognomen fuit, qui multis antea cladi bus hæreticos affecerat, in oppido suo munitissimo vi cepit & in hæresim suam pellexit. Qui ad Rethium paucis post annis in Austria, dum hereticorum copias ducit, vulneratus interiit. Erant in territorio Pelzinensi complura ecenobia, opibus & structuris insignia, ex quibus Zischa quinq[ue] combussit. In monasterio vero Claronensi, quod munitus fuit, praesidium posuit. Huic Sigismundus excercitum admovit, Zischa autem in eum copias ducente, turpi fuga recessit, nec diu postea Bohemiam quoque reliquit, Zischa ad Pelzinam duxit. Sed cum civitatem egregie defensam expugnare desperaret, inde solvens Comitaviam petiit, non parvi nominis oppidum. Quo vi capto populares cum sacerdotibus in aedibus lignicis reclusos, frustra veniam petentes exusist. Cum vero ante oppidum, cui Rabi nomen est, convocatis fratribus Thaboritis & Orbitis castra teneret, obcessosque summa vi oppugnaret, oculum quo uno lumen cœli videbat, sagitta confossus amisit. Inde Pragam ad medicos vectus, quamvis ex vulnere curatus vitam retinuit, lucem tamen haudquam recuperavit. Nec propterea castrensem laborem, aut rei militaris curam dimisit. Cæco populo, cæcus placuit ductor. Res apud posteros plus admirationis habitura, quam fidei, Pragenses autem Peronam, ubi magnum inerat Sigismundi praesidium, armis ceperunt, & paluis vita reservatis, puberes utriusq[ue] se-

xus int̄eremerunt. Expugnarunt & Brodam Teutonicam, intersecto præsidio, mox Cuthnam pluresq; alias civitates dedentibus oppidanis in potestatē acceperunt. Cum vero ad oppidum, cui Pons nō men est, & à Misnensibus possideretur, copias ducerent, occurrentibus Saxonibus non audentes congredi, redierunt. Posthac Sigismundus electoribus diem statuit, ut in celebitate D. Bartholomæiad Occidentalem plagam Bohemiam cum copiis ingredierentur, ipse ad Orientale latus cum Hungarorum exercitu aggressurus. Venere Maguntinus Archiepiscopus & Colonensis, Comes palatinus Rheni, Saxonia duces, Marchio Brandenburgensis, & plurimi ex Alemania pontifices, ceteri suos misere. Castrametati ad oppidum Sozium munitissimum locum, expugnare non potuere. Vastatus est undique per circuitum ager, continuata obsidia ad festum usq; sancti Galli, tumq; soluta, cum Sigismundus ad præmissum diem non adesset. Ille autem collecto ex Hungaris, Australibus ac Mōravis exercitu, circa solemnia Dominicæ nativitatis Bohemiam intravit, & cùni aliquæ oppida viceperit, Cuthnenfes per deditonem accepit. Sed irruente in se Zischa qvamvis cæco, pavidis trepidusq; multis ex suis intersectis nobilis, & amissis impedimentis effugit. Prius tamen Cuthnam exussit, qvam Thaborenses propter argenti fodinias crumenas Antichristi vocabant. Zischa itinere unius dici Imperatorem fecutus, magna sūgientium præda ditatus est, & oppidum Brodam, qvod postea qvatuordecim fermè annis sine habitatore permanit. Imperator amnem Igliaram ponte transmisit. Piso Florentinus, qvī eqvites in eam expeditionem quindecim millia ex Hungaria duxerat, per glaciem iter habuit, qvæ multitudinis pondere dissoluta, multos mortales in profundum rapuit. Hac victoria elatus Zischa magis ac magis in ecclesias deservit. Nec jam amplius ullam pati aut statuam sanctorum, aut picturam poterat, nec tolerandum esse putabat, qvī prisco more sacerdotalibus induitus vestibus rem divinam conficeret. Ob qvam rem majores, qvā prius inter eum & regni proceres, imimicis obortæ. Consules vero Pragenses insolentiam Joannis Apostolæ Præmonstratenlis iniquo serentes animo, cum in prætoriū vocavere, & novem simul scelerum principes, tanq;am de republica cum his aliquid acturi, intro missosq; statim gladio percussere, & qvæsi nihil actum esset, pacatam civitatem arbitrati, domos qviliq; suas petierunt. Sed

ministri

ministri parum cauti ; dum atrium aqua proluunt , cruentum interemptorum per aqueductum in forum transmisere . Eo vi-
so , non latuit populum res gesta . Tumultus è vestigio factus ,
expugnato armis prætorio , undecim primarii cives , qui rei au-
tores putabantur , occisi , collegium Caroli direptum , & nobilis
bibliotheca disjecta . Mulieres , quæ Joannem monachum veluti di-
vinum habebant , caput ejus intercipientes , pluribus diebus ululan-
tes , per urbis ecclesias circumtulerunt , beatum vociferantes , *sicutum*
& *Deo plenum virum , qui pro veritate & patrum traditionibus occubuerit* . Contra vero sacrilegos nepharios atque hominibus odibiles , qui sa-
cro & optimo sacerdoti manus injecissent : postremo inter sacras re-
liquias aromatibus conditum Joannis caput obtinuere . Per idem
tempus castellum Purgellinum , in quo parvum Sigismundi erat præ-
sidium , & quo multi Pragenses recte fidei cultores , cum liberis &
uxoribus configurant , per incuriam artis : qui superfuerunt incendio ,
Pelcinam se contulere . His actis nonnulli Bohemorum reguli , &
consulatus Pragensis legatos ad Vitoldum Lithuania ducem misere ,
cumque sibi regem asciverunt , adversante Zischa , ejusque factione ,
qui liberis hominibus regem habendum esse negabat , & cum potissime ,
qui gentium ritu viveret . Vitoldus Sigismundum Coributum
cum duobus milibus equitum in Bohemiam misit . Qui apud Pra-
genses magnis exceptus honoribus civitatem brevi ad meliorem for-
mam rededit , nobilibus , & qui quiete vivere vellent , blandus atque
amicus , in insidiosos & facinorosos asperimus vindex . In hujus ad-
ventu munitissimum castellum in monte situm oppugnare placuit ,
quod lapidem Caroli vocant . Hic Sigismundus quatuor centuriæ
militum praesidio liquerat . Castra tribus locis posita sunt , obsidio
sex duæ mensibus , neque die , neque noctu omissa oppugnatio , quin-
que balistæ majores ingentia saxa per omnes horas intra moenia ja-
ctaverunt , vasa circiter duo millia cadaveribus , & humano excre-
mento plena in omnes emissæ , tantum miseris oblessis foetoreni attulere , ut omnibus infectis dentes aut deciderent , aut nutarent .
Toleraverunt tamen forti animo , & hyemem usque protraxere cer-
tamen , accepto clam ex Praga medicamento , quo dentes conti-
neri possent . Fons erat extra moenia in medio præruptæ rupis , un-
de aquam oppidanæ necessariam hauebant , & turris desuper vetu-

sta, qva tucentur aquantes. Hanc Pragenses diruere machinis conabantur. Fama est in potestatem obsidiorum primarium quendam Pragensem civem casu factum, cumque in turris culinine deligitum, dato per irrationem in manu fabello, quo lapides balista missos quasi muscas abigeret, parsuros quippe concivit suo Pragenses arbitrabantur, illos nulla misericordia flexos saxa ingentia quam plurima projecisse, hominem vero cum diem integrum intactus perseverasset, hostium magis misericordia, quam civium suorum humanitate servatum. Interea Fredericum Brandenburgensem principem magnis copiis Bohemiam ingressum, longe lateque praeclaram agentem, Pragenses ab obsidione discedere compulisse, Vitoldum vero, ro-gatu Vladislai Polonia regis, qui cum Sigismundo Cæsare in finibus Hungariae convenerat, patruellem suum Coributum ex Bohemia revocasse. Putavit ea re Sigismundus haereticos externis auxiliis destitutos, mox imperata facturos. Sed longe deceptus. Nam illi magis ac magis insolentes, subactis intra regni fines Catholicæ fidei cultoribus, exercitum extra Bohemiam duxere, vicinas longe gentes populati. Ferunt Zischam in Austria profectum, cum agrestes armatae quamque navibus in insulam Danubii transportassent, vitulos suesque nonnullos per negligentiam in villis dimisso, ad ripam fluminis tamdiu deverberasse, donec pecus insulam depascens, mugitum, grunnitumque audiens, desiderio similis animantis fluvium transnatavit, eoque modo magnam prædam abactam. Per idem tempus Sigismundus Imperator Alberto duci Austriae genero suo Moraviam, ne defensore careret, dono dedit, quamvis jam plerique illius provincie proceres ad Hussitarum infaniam defecissent. Eo quoque tempore Ericus rex Dacie, & infans Petrus regis Portugalæ familiaris, germanus Jacobi Cardinalis sancti Eustachii excellentis & clarissimi viri, Imperatorem accedentes, ambo rei militaris peritisimi, exercitum ejus & copiis & auxiliis auxere. Ob quam rem castra ad Jutenbergam Moraviae oppidum, Hussitarum peste infectum, statim posita, obsidio tribus mensibus eo loco ducta. Eqves apud Pragenses, cognomento Aqva, satis opulentus fuit, & inter suos cives autoritate prædictus. Is sororis filium nomine Procopium, eum sobole careret, in suum adoptavit, cumque grandiusculum ad Galliam, Hispaniam, Italiam, denique Hierosolymam secum adduxit,

xit, reversus in presbyterum ordinari curavit. Qui surgente in patria Hussitarum novitate, Zischa adhæsit, & cum esset robustus & manu promptus, nulliusqve fugax laboris, magno loco apud eum habitus, primos duclavit ordines, malus malo aptissimus. Hic est ille Procopius, qui postea ob res fortiter gestas magni cognomen obtinuit. Huic provincia Moraviae commissa est, & Jutembergenium defensio. Qui non parva militum manu accepta in itis obsidentibus, commeatum in obsecsum oppidum importavit, irritamqve Sigismundo fecit obsidionem. Dederat imperator Marchionibus Misnensisbus Pontem & Auscam, super Albim fluvium, ut eas civitates præsidio tuerentur. Obsederunt Auscam Zischa simul cum Pragensibus, Fredericus Marchio Misnensis pater eorum, qui modo provinciam regunt, & frater eius Lantgravius Thuringia, collecto ex Saxonia, Thuringia, Misnia, & utraqve Lusacia milite, obsecsis auxilium ferre statuerunt. Cossissum est ante urbem prælium, incerta diu victoria pendit, cum fortissimi utriq; caderent, & nunc illi nunc isti victi videntesque viderentur. Ad extremum cæca excum secura, penes haereticos sunt. Burggravii Misnenses & Chirpogenses, & Comites Kirch-Glichenses, multiqve nobiles in eo prælio ceciderunt. Ex quibus bergenses, pluriqve projectis armis, flexis genibus frustra supplices vitam petierunt. Novem millia ea pugna ex fidelibus cæta, Ausca capta, & funditus deleta. Elatus ea victoria Zischa, insolentius indies agere, ecclesiæ passim delere, si qvæ restabant, sacerdotes qui more majorum sacra peragerent, crudeliter persequevi, nobilibus infensus esse, civitatibus gravia imperare tributa. Pragensium qui detrectarent, ejus imperium, vicos & villas incendere. Ob qvas res Pragenses Baronum auxilio freti, adversus eum copias eduxere. Ille cum se armis imparem animadverteret, ad Albim usqve profugit, eratqve penè comprehensus, nisi pater Georgii ejus, qui nunc regno potitur, Poggiebracium oppidum transitum sibi præbuisset. Nec sic suares tuta facta est. Fuerunt & hostibus alio loco pontes, per qvos Albim transmiserunt, sed Pragenses fugientis ultimum agmen insectati, complures Thaboritas necavere. Perventum est denique ad montes, ubi Zischa vallem ingressus, cum loci angustias eas esse nosset, in qvibus explicare hostes suas acies minime possent,flare signiferum jussit. Exin commilitones pro tempore hortatus, pugnat copi-

am fecit. Certamen atrox commissum , viator Zischa tria millia Pragensium cecidit, reliquos in fugam vertit. Nec moratus, Cuthnam à Pragensibus instauratam, iterum vi cepit, atque incendit, & qui Pragenses inerant, eodem igne consumpsit. Mox successu rerum tumens, infestis signis Pragam petuit, & ad sagittæ jactum castrenses obsidere urbem ccepit. Erant & in civitate & in exercitu plurimi, qui hoc dissidium detestabantur, & alii Zischam, alii Pragenses accusabant. In castris quoque tumultuatum est, dicente milite, indigne esse eam urbem armis premi, qua caput regni esset, neque de religione secum dissentiret, casuram brevi Bohemorum potentiam, si se hostes divisos norint. Ma'eriā bellū satis magnam à Romano imperatore praberis, stultum esse consilium in se arma verisse. Accepit Zischa, quæ vulgo dicebantur, & advocatam in concionero multitudinem, vas vinarium quod sorteaderat concendiens. Nolite, inquit, amari super me fieri, fratres, & hominem accusare, qui vobis salutem peperit. Recentes victoria sunt, quas me duce consecuti esis, nunquam ego in aliquem locum vos du xi unde victores non rediretis. Vos clari, vos divites, ego vestri causa lumen amisi, & jam in tenebris ago, nil mihi ex iis bellis feliciter aliis, nisi nomen inane superest. Vobis pugnavi, vobis vici, nec laboris paucit. Nec mihi cecitas dura, nisi quod rei nostra priore ex more consulere nequeo. Nec ego Pragenses mei causa persequor, ipsis vestrum sanguinem, non meum sitiunt. Parum ei fuerit me jam & utroq; cassum lumine perdidisse, vestras illi manus timent, & fortes in periculis animos. At vos certe, aut illos perire oportet, qui dum mihi parant insidias, vestras animas experunt. Domestica nobis arma timenda magis quam externa, civiles auferre seditiones oportet. Pragam prius expugnabimus, sed ita si, civis exterminare licebit, quam Sigismundo divisionis nostra nuntius afferre poscit. Cum paucis ejusdem animi tuius imperatorem expectabimus, quam si nobiscum dubii Pragenses in castris militent. Verum ne me amplius accusabis, liberam vobis consulendi facio potestatem. Si liber Pragensibus pacem dare, non abuso, insidie modo absint. Si bellum decernitis, praesto assim. In utramuis partem declinaveritis, Zischa vestri consilii adjutor erit. His dictis, mutati militum animi bellum decrevere, multitudo arma capere, festinare, muros adire, provocare hostem, pro portis urbis pugnam ciere, egredientes cives in urbem repellere, Zischa ad oppugnationem urbis cunctas parare.

Cap.

CAP. XLV.

De Joanne Rochezana presbytero heretico.

Opidum est Pragensis ecclesiæ, non longe à Pelzina, cui Rochezana est nomen. Ex hoc loco puer obscuris parentibus, censuqve tenuissimo natus Joannes nomine Pragam venit, mendicatuqve viçtum qvarens, Grammaticam & Dialecticam didicit. Cum adolevisset nobilis cujusdam pueri padagogus factus est, & cum valeret ingenio, linguaqve promptus esset, in collegio pauperum receptus, auditor Jacobelli fuit. Postremo presbyter ordinatus, prædicare verbum Dei Pragensibus cœpit, ex oppido unde ortum habuit, Rochezanæ cognomen dicens. Et jam nomine & autoritate valebat, cum Zischha Pragam ob sideret: exiit ergo consentientibus civibus & in castra profectus civitati Zischam conciliavit.

CAP. XLVI.

De morte Joannis Zische.

Sigismundus autem, ubi Zischæ cuncta ex sententia cedere animadvertisit, & jam illum esse unum, ex quo res Bohemiæ penderent, clam sibi cum conciliare tentavit, gubernationem totius regni, militiæ quoqve ducatum, & ingens auri pondus qvotannis promittens, si regem nominaret, & in verba sua civitates jurare co geret. Magna profecto Regiæ majestatis ignominia, & imperialis gloria dedecus, atqve insania reipublicæ Christianæ sempiterna, Sigismundum pluribus annis proiectum, ex imperatoribus natum, & ipsum imperatorem, cujus nomen Italia, Gallia, Germania, & omnis Europa venerata est, quem Barbaræ nationes timuerunt, supplicem vidit nostra artas homini haud ex parentibus admodum nobilibus nato, seni, cœco, hæretico, sacrilego, & in omne scelus audaci, pecuniam & summos honores offerre, ut suarum esse partium dignaretur. Sed avertit divina pietas eam pestem, & tantum malum è medio Christianorum eripuit. Nam Zischha conditionibus annuens, dum conventa comple

completurus Sigismundum petit, inter eundum apud castellum Prisciam, divinitus, ut par est credere, peste tactus, expiravit, monstrum detestabile, crudele, horrendum, importunum, quod postquam manus humana confidere non valuit, digitus Dei extinxit. Ferunt illum, cum ægrotaret interrogatum, quonam loco mortuus sepeliri vellet, *jussisse cadaveri suo pelle adimi, carnes vulneribus ac feris objectari, ex pelle tympanum fieri, eoque duce bella geriri, arrepturos fugam hostes, quam primum ejus tympani sonitum audierint.* Thaborentes, qui reliquias picturas abominantur, Zischæ tantummodo, & angeli cuspidi calicem manu tenentis, effigiem supra portam urbis pinxit, eiisque sacra quotannis agunt.

CAP. XLVII.

De Orphanis hereticis, qui se post mortem Zischæ separaverunt à Thaborisis.

Zischa mortuo ingens mæror invasit exercitum, trepidari, lamentari milites, accusare fortunam, quæ ducem invictum, morti vincendum dederit. Nec mora duæ factiones exortæ. Altera Procopium magnum, quem Ratum vocavere, cuiusque supra meminimus, sibi ducem præfecit. Altera nullum inveniri posse didicans, qui jure Zischæ succederet, selectis paucis qui communis concilio bellum administrarent, sese *Orphanos* appellavere, inter quos potior habitus est Procopius, cognomento minor, atque ita Thaboritæ in duos exercitus divisi, alii vetus nomen retinuerunt, aliis Orphanorum, ut diximus, ob mortem ducis inditum nomen. Qui etiæ aliquando inter se dissidenterent, ubi tamen extrinsecus vis ingruit, junctis viribus in unis castris sese defendenterunt. Muro circumdatas urbes nisi necessariorum emendorum gratia perraro ingredi, cum liberis & uxoriibus in castris vitam agere. Carros quamplurimos habere, his pro vallo uti. Procedentes ad pugnam, duo ex his cornua facere, in medio peditatum claudere, alacrum equum extra munitiones prope adesse. Ubi congregati tempus visum, aurigæ qui cornua ducerent, ad imperatoris signum, comprehensa sensim, quæ voluerunt, hostium parte, ordines quadrigarum contrahere, incercepti hostes, quibus suis subveni-

subvenire non possent, partim gladio à peditatu, partim missilibus ab his, qvi erant in carris, viris ac mulieribus necari. Eqvitatus extra munimenta depugnare, quem si forte quis oppressisset, fugientem. mox aperti currus excipere, indeq; velut ex civitate mœnibus cincta defendi, eoq; modo victorias quamplurimas conseqvi, cum eam. pugnandi peritiam vicinæ gentes ignorarent, & ager ille Septentrionalis late patens, ad explicandas bigarum quadrigarumq; ordines per. idoneus habetur. Egre diebantur duo exercitus, alter Silesiam, al- ter Moraviam populabatur, vicinasq; regiones assiduis incursionibus infestabant, Teutones per circuitum habitantes, alias *Philistaeos*, alias *Idumeos*, *Moabitæ* vocabant. Bohemiam terram promissionis es- se dicebant. Cumq; in proximam provinciam exissent, prius cum præda depopulatis agris revertebantur, qvam hostis cognovisset ad- ventum. Erat & tertius exercitus, quem fratrum Orcbitarum ap- pellari diximus. Huic ducor fuit Bredicus presbyter Straßicensis, na- tione Moravus, qvi bellis assiduis Silesiam afflictavit. Hic etiam ho- die vivit, & urbem Coloniam appellatam possidet. Qvi spreta religio- ne Christiana, calcatoq; pontificio jure uxorem publice duxit, & illa mortua alteram ex Polonia superduxit, ex qua filios suos neqvitæ sc̄tatores sustulit. Cum obsiderent Suetlam oppidum in Austria, Thaboritæ simul & Orphani duabus noctibus & una die absq; inter- missione mœnia expugnare, superveniente autem Alberto ejus ter- ræ principe cum exercitu, ut auxilium oppidanis afferret, pugnatura est qvatuor ferme horis durante hinc aut illinc viatoria. Ceciderunt ex utraq; parte primi bellatores. Postremo ita discessum est, ut cur- rus suos Thaboritæ amitterent, Albertus castris exutus abiret, qvod negligentia Roberti Vallensis factum credidere, qvi tum ducor exer- citus fuit. Rediit tamen paulo post Procopius Rasus, & oppidum Retium in Austria celebri obsidione cinctum. Pragenses ejus signa secuti, & Boheslaus Cygneus, cuius supra meminimus, qvi eo loco sa- gitta confossum interiit. Retium vi captum, direptum, atq; exu- stum, in quo multi mortales periisse, Burggravius Malburgensis, lo- ci dominus, captus, & Pragam ductus in carcere diem obiit. His ge- sis, vocati ab Imperatore Bohemorum principes, ad eum usq; Po- sonium profecti sunt. Id oppidum Hungaria, in finibus Austriae atq; in ripa Danubii situm. Neq; ingressi mœnia, in tentoriis è regione
K
urbis

urbis mansere. Egressus ad eos Sigismundus, multa de jure suo locutus, paternum aique avitum regnum repete, si qua essent que provinciarium mentes ab se alienarent, ea ablaturum, Bohemis ex quibus natus esset, pacificum, benignumq; regem futurum. Illi se armis ab eo sine causa impetos dicere, cives suos in Constantia contra publicam fidem extus, in animos Bohemia primores tanquam hereticos à Romana ecclesia damnatos, regnum sacrissimam contumeliosè interdictum, non esse tam exiguum Bohemorum potentiam, que suo nequeat honori consilere. Responsum à Sigismundo benigne datum ad objecta, oblatumq; generale concilium, in quo suam innocentiam Bohemi ostendere possent, si se universalis ecclesia judicio submittere vellent.

CAP. XLIX.

De expeditione in Bohemiam, contra hereticos & rebelles per Martinum Papam quintum instituta, & de infelici pugna contra eosdem.

AT Martinus Pontifex maximus, ubi armatam haeresim crescere indies animadvertisit, priusquam pestis amplius invalesceret, Cardinalem Vintonensem natione Anglicum, regia stirpe natum, in Germaniam proficisci jussit, qui contra Bohemiam labem vicinas gentes in arma conciret, cui & imperator adiumento fuit. Instituti sunt tres exercitus. Saxoniae duces, & quas vocant Stagnales civitates, in primo militavere. Secundum ex Franconibus constitutum Marchio Brandenburgensis ductabat. Tertio praefuit Otto Treverensis Archiepiscopus, quem Renenses secutisunt, Baarloii quoque, & civitates Sverorum imperiales. Ingressi Bohemiam tribus locis, postquam sylvam penetravere, juncti simul ante Misniam castrametati sunt. Hanc urbem Prichicho Elenotensis inter hereticos quantum doctior ac facundior, tantum crudelitate ac perfidia negligior, precedenti nocte ex fideliū manibus eripuerat. Erat igitur consilium exercitus, hanc urbem prius recuperare, quam ultra procederent. Sed cum heretici collecto raptim milite in eos properare nunciarentur, non visum hostem fuderunt, Thacoviamq; petentes, instrumenta bellica cum prada ibi dimiserunt. Nondum Cardinalis in exercitu

ex exercitu fuerat, sed ad Thacoviam fugientibus occurrentis, admiratus est tot ducum, tot fortium virorum pavidam fœdamque fugam, magnis precibus ut redirent in hostem, omni ex parte debiliorem hortatur. Qvod cum frustra niteretur, & ipse turpis fuga comes effecetus. Vix sylvam ingressi erant, cum supervenientes Bohemi postremum agmen lacestere coepérunt. Facta est profusior ac pavidior fuga, nec prius Teutones fugere, quam Bohemi persequi desisterunt. Hostes impedimentis direptis, Thacoviam expugnantes, machinisque bellicis potiti sunt. Exin Misniam populati, cum per Franconiam redirent, ne Bambergens. agrum, Norimbergensemque vastarent, pecunia placati divitem exercitum reduxere. Sigismundus his cognitis, Norimberga profectus nova principum auxilia comparat. Martinus quoque pontifex maximus Julianum Cardinalem Sancti angeli, literis ac moribus excellentem, cum ea legatione in Teutoniam mittit, ut Bohemis bellum inferat, & adveniente tempore in Basiliensi concilio, quod propediem futurum erat, nomine apostolico præsideat. Is Germaniam ingressus, mox Norimbergam ad Sigismundum se confert, quo in loco per frequentes Germanorum reguli convenerant. Decreta est nova in Bohemos expeditio, ad VIII. Calend. Julii. Dux bellii Fredericus Marchio Brandenburgensis declaratus, qui Cardinalem sequeretur. Ingressus est Bohemiam per viam quæ dicit ad Teplam. In ea expeditione Albertus & Christophorus Bajoariæ, & Fredericus Saxonia duces fuere. Joannes & Albertus Brandenburgenses principes, cum patre, quem penes belli summa erat, Herbipolensis, Bambergensis, Eistetensis episcopi, Societas Svevorum, quam sancti Georgii vocant, & imperialium civitatum. Maguntinus, Trevirensis & Coloniensis antistes, auxilia miserunt, & cum his provinciarum suarum primores. Supradicta quadraginta millia equitum fuisse traduntur. Pediculum minor erat numerus. Nam Germani patentibus freti campis, equestres plerumque pugnas agitant. Promiserat & Renatus Lotharingiae princeps in eam expeditionem sese venturum. Sed domestico bello implicatus, dum comitem Videmontensem oppugnare nititur, neque promisso satisficeri potest, neque Comes Palatinus Rheni, qui Videmontensi opem tulit, adversus Bohemos ire permittitur. Cardinalis dum eos operitur, ad calendas ultime Augusti profectionem suspendit. Albertus interea ex Austria ducens, cum ad dictum diem

adesse Cardinalem minime intelligeret, impar Bohemicæ potentia retrocessit. Ingressus deinde Cardinalis, numerosum exercitum ductans, multas hæreticorum villas incendit, oppidaqve diripuit, in quibus non avaritia tantum, verum crudelitas etiam militum grassata est, qui mares cum fœminis obvios, senes puerosqve passim necavere. In extremis tamen regni partibus ea calamitas deservit, cum duces copiarum interiora pètere formidarent. Bohemi, qui jam pridem hostem assuturum acceperant, expeditas in armis legiones coegerant, & ubi fidelium domicilia reperiebant, ea ferro atque igne vastabant. Inter quæ Stiltivergium oppidum ab Orphanis expugnatum ac directum, puberes ad unum necati. Interea sive proditio in exercitu fidelium fuit, qvod plurimi putavere, sive inanis sua sponte mentes hominum pavor invasit, totis castris trepidatum est, & priusquam hostis ullus in conspectu daretur, tœdissima coepta fuga. Miratus Julianus, unde hic timor, quæ ratio tantum exercitum fugere svaderet, ambi te duces, hortari arma expedirent, aciem instituerent, sorti animo hostem expectarent. Non de regni gloria aut agrorum posse, sene certari, de vita, de religione, de Christi honore, de animarum salute bellum geri. Turpe Germanis esse, quorum nobilitatem virtutemq; totius orbis celebraret, ex prælio fugere, mori satius, quam hosti nondum viso cedere. Neg, securè intra mania habitare posse, qui campos hosti relinquerent, arma viros non muros tegere. Nisi gladiis modo libertatem suam tueantur, aut casu ros brevi hostili ferro, aut servitatem morte miseriorem laturos. Sed frustra apud eos cohortatio fuit, quorum pudorem metus evicerat. Ablata sunt raptim signa, & tanquam nullus esset in exercitu ductor, tumultuose quisque non expectato imperio, non salutato comite, multi etiam projectis armis non aliter quam si hostis à tergo instaret, rapido cursu fugam maturavere. Qvibus & Cardinalis invitius fœle comitem dedit. Hostis paulo post ex metu alieno factus audax assuit, impedimentisqve omnibus, qvibus per sylvam non erat facilis exitus, & ingenti præda potitus est. Albertus tamen cum accepisset intrasse Bohemiam Cardinalem, & ipse iterum ex Austria coactis copiis in hæreticos duxit, Præzoroviamqve munitum oppidum oppugnare adorsus est. Sed fuga Cardinalis cognita, ab incepto destitit, & per Moraviam, quæ nondum ei parebat, infesta signa circumferens, supraqvingentas villas ferro atque igne delevit. Oppida multa vi cepit atque

que diripuit, mortalium maximam cædem fecit, adeoque gentem illam affixit, ut jugum ejus accipiens, parere sibi ea lege promiserit, ut circa religionem id seqvi teneretur, quod Basiliense concilium decerneret.

CAP. XLIX.

De inchoatione Basiliensis concilii, & vocatione Bohemorum ad ipsum Concilium, ut fidei sue rationem redderent.

Exactus ex Bohemia legatus, Basileam se contulit, ibique concilium celebravit. Sigismundus, qui per tempus expeditionis Norimbergæ se continuerat, ad coronam imperii Romæ fuscipendam iter ingressus, primoribus regni Bohemiae literas dedit, in quis scriptum erat: *se natione Bohemum, nulli genti magis quam sua affectum, Romam non aliam ob causam petere, quam corona suscipiente gratia. Id decorum Bohemorum genti accedere, cuius honestanda sibi maxima semper cura fuerit. Cæptum esse jam sua opera Basilee Concilium, hortari eos qui se audiri de religione cuperent, eo proficiunt, nec plus saepre vellent, quam mater ecclesia catholica, auditurum benigne conventum rationes eorum, tantum operam dent, ut cum Synodo de religione conveniant, sibique redeunnt paratum regnum reservent. Neque enim arbitrari se Bohemos ejus imperium fugere, cuius pater, frater, avus apud eos regnaverint. Nec se alia lege regnaturum, quam ceteri Christiani reges. Scriptis & ipsa Basiliensis synodus Bohemis, ut legatos mitterent, qui fidei sue rationem ostenderent, securitatem itineris, & dicendi quæ vellent libertatem promittens. Fuerunt inter Bohemos duas sententias: Orphani & Thaboritæ, & plebes fermè omnes eundum esse negabant, Joannis & Hieronymi exemplum in medium afferentes, qui Constantiam ad Synodum profecti sub fide Sigismundi, publice combusti fuissent. Nobilitas vero Mainardum secuta principem Novæ domus, virum cordatum & ingenio dextro, petendum esse Concilium prorsus ajebat, nec tolerandos videri qui novas peregrinavæ de fide sententias, novumq[ue] ritum religionis invenissent, nisi dictorum factorumq[ue] rationem universali ecclesia redderent, & qua vulgo inculcatæ*

verant, coram doctis defenderent. Vicit hæc sententia, legatio CCC. equitum Basileam missa. Cujus principes fuere, Gulielmus Coska, non tam eqvestri dignitate quam ecclesiæ direptione insignis, Procopius cognomento Rasus, idemq; magnus multis victoriis magnisq; seculeribus nobilitatus, Johannes Rochezana pseudo Pragensem apostolus, Nicolaus Gallicus Thaboritarum sacerdos, & Petrus Anglicus patria profugus, ac solis elenchis in disputatione confidens. Effusus extra moenia urbanus populus, ex Synodo quoque complures, adventum fortissimæ gentis pro portis expectavere. Alii frequentes in plateas, qva transitus esset, convenere, matronæ, pueri, puellæ senestras atq; tecta complere. Alii hunc, alii illum dígito designare, peregrinos habitus, non vîsa prius vestimenta mirari, horribiles hominum facies, truces notare oculos, non esse alienum dicere ab ea hominum specie facta, qvæ fama prodiderat. In unum tamen cuncti Procopium defigere lumina, illum esse, qui toties fidem fugasset exercitus, qui tot oppida subvertisset, tot hominum millia neci dedisset, quem sui pariter atq; hostes metuerent, invictum ducem, audacem, intrepidum, neq; labore, neq; timore superandum.

CAP. L.

*Oratio Juliani Cardinalis, ad Bohemorum legatos,
Responsa que eorundem.*

Exceptos Bohemorum legatos hospitaliter, postridie in concio accessitos, Julianus Cardinalis benigne allocutus, & longa & luculenta oratione, qvæ adhuc extat, ad ea qvæ pacis & unionis essent, cohortatus est, ecclesiam Christi salvatoris sponsam omnium fidelium mairem esse, dicitans claves ligandi atque vendi habere, candidam sine ruga, sine macula, in his que necessaria ad eternam vitam esse creduntur, errare non posse. Qui eam contempserit, alienum, prophanum & quasi ethnicum, publicanumque censendum, eam nusquam melius quam in generali concilio representari. Statuta conciliorum ecclesia placita existimari, concilis non minus quam evangeliis crediti operari, quorum autoritate & ipsa sacrarum literarum eloquia præcepta sunt.

Bohe-

Bohemos qui se filios ecclesie dicerent, voces matris audire debere, que filiorum oblitio scilicet non potest, eos jam pridem seorsum à matre vixisse, neque id novum esse. Complures aliquando fuisse, qui matrem reliquere, rediisse tamen qui salutem opravere. Regnante diluvio omnes perisse, qui extra arcam remansere, dominicum agnum in unis adibus comedendum, extra ecclesiam non inventri salutem. Hanc esse conclusum hortum, signatumq; sentem, cujus aquam si quis biberit, non sitiet in aeternum. Ex re sua sapiente Bohemos, qui ejus aquae fluentia apud concilium requisierint, matremque tandem audire statuerint. Facessere jam odia debere, porenda esse armis, omnemq; belli materiam procul abiciendam, audituros benigne patres, quae cunq; Bohemi pro sua causa dicere velint, tantum parati animo sint, ne bene consulta sancta Synodi consilia respuant, quibus non Bohemos tantum, sed omnes Christi fideles conquiscere oportet, si modo aeterna vita participes esse velint. Audita est cardinalis oratio summo patrum consensu. Bohemi pauca respondere, quibus par facundia non esset, se neque concilia, neque ecclesiam contempssisse, adversus inauditos sententiam Constantie latam, nihil de religione Christiana detrahere, incorruptam apud se parum autoritatem manere, quodcumque Bohemi afferant, sacris litteris atque Evangelio confirmari, venisse ut innocentiam suam universalii ecclesia partefaciant, petereque publicam audienciam, in qua laici quoque adhinc. Neque id negatum. Interrogati quænam illa essent, in quibus à Romana ecclesia dissentirent, quatuor articulos proposuere. De communione divinæ eucharistiae, quam sub specie panis & vini sumendum his qui salvi esse velint, necessario affirmabant. De civili domino, quod clericis interdictum divina lege dicebant. De prædicacione verbi Dei, quam liberam permittamque passim omnibus arbitrabantur. De publicis delictis, quæ nulla ratione toleranda putabant, etiam majoris mali vitandi gratia. Nam quamvis plurima sint, quæ Hussitarum perfidia adversus catholicæ fidei veritatem astruere ac prædicare non dubitat, coram concilio tamen doctorumque patrum cœtu, hæc tueri tantummodo posse arbitrati sunt, eaq; regni nomine dicta. Verum cum legatus alia de Bohemis accepisse se affirmaret, quæ Christianas aures offendenter, inter quæ illud esset, quod religiones mendicantium inventum esse diabolicum prædicarent, a surgens Procopius, neque hoc falsum est, inquit. Nam si neque Moses, neque ante eum patriarcha, neque post eum propheta, neque in nova lege

Chris.

Christus dominus, neque Apostoli mendicantes instituere, quis non intelligit diaboli senebrarumq; opus esse? Excepta est ingenti cachinno Procopii vox, legatus vero, ut erat mansuetissimus pater, argumentationem indocti hominis placide dissoluit. Neque enim prophetatum patriarcharumq; placita, & qvæ Christus instituit, qvæ sanxerunt Apostoli, duntaxat à Deo esse docuit, verum ecclesiæ quoq; decreta, qvæ sancto dirigente spiritu ducitur, opera Dei esse monstravit, qvamvis & aliunde mendicantium vita ex Evangelio sumpta videri possit. Selegerunt Bohemi qvatuor magistros, qvi suos articulos ex divina lege sumptos ostenderent. Qvi eos confutarent, ex coetu patrum, totidem assumpti, viri præstantes, & ad dicendum parati. Disputatum est qvinq;aginta diebus, multa in utramq; partem adducta. Postremo cum viæta Hussitarum perfidia vinci nollet, ad tractatus ventum, tentatum, si fortasse amicè trahi possent. Missi & oratores ex concilio in Bohemiam, viri doctissimi, & qvi gentis virtutiam nossent. Multa cum Bohemis agitata, nunc pacis spes facta, nunc belli metus.

CAP. L I.

*De victoria Bohemorum fidelium, & debellatione
morteq; Procopii, ac aliorum heretico-
rum.*

Dum hæc aguntur, Thaboritæ & Orphani Mainardo ceteris qvæ nobilibus infensi esse cœperunt, eorumq; suspectas actiones habere, tanquam concilio auscultarent. Neque vana opinio. Convenere nimirum sepe inter se Barones, errorum suum recognoscere, miserosse dicere, qui cum regis imperium abdicaverint, Procopii jugum ferant. Illum dominum esse, illum pro sua libidine provinciam regere, vestigalia exigere, tributa imponere, delectum habere militum, exercitum quo velit ducere, rapere, spoliare, occidere, nullum pati, qui suis consiliis adverteretur, nobiles juxta aig; ignobiles ei mancipia esse. Nullum hominum genus infelicius esse Bohemis, quos semper in castris versari oportet, astates atque hyennes sub divo agere, in duro jacere solo, arma in omnes horas versare, nunc civilibus bellis, nunc

externis

externis agitari, aut bellum geri, aut bellum metum impendere. Exentiendum tandem crudelis tyranni jugum, neq; ferendum, ut qui ceteras gentes armis vicerint, Procopio serviant. Placet accersire publice conventum, procerum & civitatum, in quo regni status reformatur. In eo Mainardus: ei regno bene esse dicit, in quo neq; per otium marceant homines, neq; per bellum atterantur. Bohemus habentus expertes fuisse quietis, atritum assiduis calamitatibus regnum, peritum brevi nisi occurritur. Incolos jacere agros, homines atque armenta sensim deficere, id accidere, quod omnia in potestate unius sita essent, qui sine consilio procerum civitatumque pro suo arbitrio rem gerit. Illi salubre bellum esse, nam si paci locus sit, imperium ejus statim casurum. Deligendum unum esse ex nobilitate ducem, cuius potestas annua sit, nonnullosq; ei adjungendos, quorum consilio domi bellicq; rempublicam administret. Ne vero usurpare sibi Barones imperium viderentur, ex media nobilitate assumendum ducem consuluit. Itum est favente conventu in sententiam Mainardi, Alscio Risemburgensis antiquae nobilitatis homo, sed tenui censu, dux gentis declaratus, quem Capitaneum vocavere. Cæterum majestatis insignia apud eum fuere, autoritas apud Mainardum extitit. Procopius his cognitis, Orphanos & Thaboritas in expeditionem dicens, ad urbem Pelzinam, quam fideles incolebant, castra ponit, atque undecim continua mensibus pertinaci obsidione, crebrisq;ve oppugnacionibus urget. Oppidani extrema omnia passi, ac jam fame pereentes ad synodum Basiliensem misere oratum, ne fidelem urbein manus haereticorum pervenire sinerent. Patres q;ibus non esset publicum ararium, ex privato argento symbolum dedere, auri octo millia nummum Mainardo mittentes, qui collecto exercitu subveniret obsecsis. Per idem tempus ea pars Pragæ, q;ae nova civitas appellatur, ab Orphanis imposto praesidio tenebatur, cujus præfetus erat presbyter Lupus Rochezana infensissimus, adversus quem prædicando plebem incitabat. Ille in veteri civitate apud ædem S. Mariæ ante lætam curiam inhabitabat, Lupumq;ve suis ipse sermonibus probrosisq;ve maledictis lacerabat. Ob quam rem crescentibus odiis, clauserunt Orphani aditus veteris civitatis in novam, turresq;ve ligneas plurium tabularum erexere, q;ibus oppidanos in adversa civitate missilibus infestarent. Ea occasione usus Alscio, convocata nobilitate, nihil esse imperium suum dicit, qvod Thaboritas Orphanis.

Orphanique contemnant, regnum mature peritum, nisi magistris pareatur. Rogat proceres in medium consulant. Placet omnibus cum ea manu militum, quam Mainardus comparaverat, Pragam peti. Nec morati veterem civitatem ingrediuntur, ligneas turres amoveri, parereque omnes Alscioni jubent. Negant Orphani dum esse, quem neque ipsi, neque Thaborita suscepissent. Fit tumultus: committitur in urbe prælium. Lups, ubi suos cedere animadvertisit, pluresque cadere, salutem pedibus petit. Disiectae turres omnes, in potestatem Alscionis facta. Pelzinenses re cognita, Procopio è muris illudere, hortari suis civibus opem ferat, alienos ne laceffat. Statim esse, cum qui sua tueri negeant, infestare aliena. Nisi suoper ingenio ab obsidione discedat, venturos brevi proceres, qui nolentem cogant. Ficta ea Procopius credere, atque oppidanis ad serendam fortius obsidionem blandimenta oblat*a*. At ubi certum nuncium de gestis Pragensibus accepit, soluta mox obsidione, plenus irarum, cum omnibus copiis versus Pragam iter dirigit. Properanti communes amici occurrunt, de pace inter eum & nobiles agunt, divisum inter eos regnum stare non posse, consulendum communis quietis, neque concordia sine viribus, neque vires sine concordia sufficiere, civitatibus ejus populi inexpugnabile munimentum esse, qui concordibus animis arma tractares, littera ex arbitrio ducis componi posse delectis ex utraque parte pari numero viris, quorum consilio leges pacis dicerentur. Procopius deinde ita se pacem habitum respondet, si nova Praga sibi restituatur, si munitiones dejecta reficiantur, si Pelzina eo in statu reponatur, in quo suorum ante dissoluitam obsidionem: nam comeatus jam eo importati fuerant. Nobiles ubi res factu difficillimas peti vident, Procopiumque vincula, verbera, cades minari, cum alia via pax inveniri non posset, armis decertare constituant. Relicta itaque civitate, cuius nutare animos non ignorabant, obviam hosti pergunt. Ventum est ad locum inter Brodam Bohemicam & Burim, quatuor millibus & qvingentis passibus à Praga distantem, in agris late patentibus. Ibi currus contra currus incurruunt, & sublato clamore alteri alteros contumeliosè compellant. Decreverat Procopius haudquaquam pugnæ copiam facere, nisi ex occasione prærogativa daretur. Erat ei animus recta via Pragam petere, ubi non dubitabat novam civitatem sibi portas aperturam. At equitatus nobilium munitiones ejus prætergressus, dum forte ad ultimam partem

partem apertam videt, raptim ingreditur, cædemque magnam facit. Hostes improviso malo præventi, quid agant, nesciunt. Trepidatur totis castris, insolita res terrorem auget. Néque enim intra munitio-nes curruum intrasse prius eqvites aliquando viderant. Cæduntur pa-sim pedites, fit fuga, aperta ex altera parte mole quadrigarum. Instant nobiles, sternuntur ubique fugientes. Procopius ubi suos reti-nere non potest, nec audire hortamenta periculum metusque sinit inter confertissimos hostes dilapsus, cum cohorte quam sibi ex fortissi-mis magis quam amicissimis delegerat, aliquando hostis impetum re-tinet, multisque casis, victoram penè hostibus eripuit. Sed circum-ventus multitudine eqvitum, non tam victus quam vincendo fessus, telo in incertum missò transfoditur. Parimodo & alter Procopius, quem minorem appellari diximus, in eodem globo fortiter pugnans occumbit. Atque is finis duobus illis pernicioſissimis ac deterrimis monſtris fuit. Sic Thaboritarum & Orphanorum scelerati exercitus, invicti prius, victi ac deleti sunt: Procopium rasum quis occidere ignoratum est, quamvis Coska, de quo supra meminimus, id facinus honestum dignumque præmio ſuum dixerit, qui tum partes nobilium ſeqvebatur. Primus ejus victoræ autor habitus est Mainardus, post eum Ptarconis magna virtus vifa. Coapcho vero Thaborita-rum equitarum ducebat, rei militaris apprime peritus, & qui multis aliquando damnis Prutenos afficerat, & à rege Polonie vocatus, uſque ad Gedanum, & mare Baltheum victorem exercitum duxerat, ex hoc prælio fuga dilapsus, cum magna parte eqvitatus in Coloniam ſeſe recepit. Conſecto bello cum multa millia captivorum eſſent, Mainardus cum concilio procerum accersito perdere pellimam ple-beam statuit, quæ nutrita in armis omnem atatem in caſtris egerat, nec sub legibus viatura credebatur, rapinis, cædibus, atque adulteriis asſueta. Qua ſtante, pacatum regnum ſlare non posset. Sed veritus ne ſimul innocentes interficeret, qui ex agris coacti ad pugnam vene-rant, voce præconis edici jubet, nondum bellum peractum eſſe, fugiſſe Coapechonem, Coloniam expugnari oportere, vicinaque per circuitum gentes, que regnum popularentur, armis demandas. Ad eam rem necessarios, qui sub Procoptis militaffent, viros fortes & in bello exercitatos, decretum eis ex publico ſtipendium, donec regnum pacaretur. Proinde omnes, qui ſtipendia facere vellent, in horrea ſeſe proxima recipieren, caverent, ne runda inexplora-

rosq; belli sicut admitterent, illos sua rura, suosq; lares repetere posse. Introierunt horrea, qvæ apud Bohemos in villis ex maceria culmo tecta freqventer sunt, pleraque Thaboritarum & Orphanorum millia, homines nigri ad solem & ventum indurati, aspectu tetri atq; horribiles, & qui circa sumum in castris vixissent, aquilinis oculis, impexortine, promissa barba, corporibus proceris, membris hispidis, cute adeò dura, ut ferrum quasi lorica repulsura videretur. Clausa sunt confestim ostia, & ignis immensus horreis, quo fax illa & colluvies hominum, ignominiosum agmen, post multa qvæ patrayerat scelera exulta contemptæ demum religiosis poenas dedit.

CAP. LII.

Quomodo Sigismundus Rome coronatus, post multas dissensiones & bella, cum pace & gaudio à Bohemis suscipitur.

Sigismundus interim ab Eugenio Pontifice maximo Romæ coronatus, Basileam petierat, dissidioq; patrum, qvod tunc erat cum Eugenio, ad tempus sedato, Ulmam se contulerat. Ea est Svevia civitas, ad ulteriore Danubii ripam sita, Licius arnis, qvi Svevos à Bajoariis disternat, è regione urbis in majori flumine exoneratur. Hic audita Thaboritarum Orphanorumq; clade, legatos in Bohemiam mittit, regni proceres commendat, qui viros nocentes deleverint, hortatur regni quietem procurent, felseq; regem suscipiant, qvem fratri successorem jus gentium dederit. Illi magno numero apud Ratisponam eum conveniunt, Regemq; suum salutant. Venerunt & seorsum, Coapcho & Joannes Rochezana, de suis rebus acturi. Legati qvoq; Basilienses, qvi Pragæ fuerant, & cum Bohemis certo modo convenerant, eo se contulere. Sigismundus auditis, qvæ de religione in communione placuerant, conventa probavit, eaq; servari mandavit. Exin poscentibus Hungaris, navibus per Danubium vectus, Budam petiit, ubi reformato rerum statu, vocatis ad se Bohemorum principibus, in Alba regali sexaginta millia numerorum inter eos distribuit, pecorumq; maximum numerum. Dicta die qva vellet Bohemiam ingredi, non moratus Iglariam venit. Ubi concilio

concilio cum Bohemis habito, conventa legatorum synodalium iterum comprobavit firmavitque. Ea hujuscemodi fuere. Bohemis ac Moravie ecclesiasticam unitatem, pacemq; complecentibus, scđ, in ceteris omnibus, preterquam in usu communionis utriusque speciei, universalis ecclesia fidei acritui conformantibus, autoritate Domini nostri Jesu Christi, & ecclesia sponsa sua, sub duplicitate panis scilicet ac vini, his qui consueverint divina eucharistia communicare licebit. An vero ex precepto Dei id fieri debeat, generale Concilium in Basilea congregatum diffinet, & quid utilitati fidelium salutisq; congruat, legi in perpetuum validura constituet. Quo facto, si perseveraverint Bohemi in ejusmodi communicationis desiderio, idq; missa legatione petierint, sacer conventus Bohemia ac Moravia sacerdotibus communicandi sub utraque specie personar sibi subiectas, & in annis discretionis constitutas, & que id reverenter postulaverint, libertatem imparietur, ea conditione adjecta, ut inter communicandum plebem publice instruant, non sub specie panis carnem Christi tantum, nec sub specie vini solum sanguinem, sed sub qualibet specie rosum & integrum contineri Christum. Brevis concordiae notula, verum tot sententiae quot verba, quibus peregrinæ de fide sententiae, diversisque de religione ritibus obviari jubetur. Et quod ecclesia universalis credit, quod servat, genti Bohemorum credendum servandumque præcipitur, circa communionem tantum permissa novitas. Cæterum inter Bohemos & Imperatorem alias pactiones intervenere, quibus ecclesiistarum prædia occupatoribus jure pignorum relictæ sunt, donec certa pecunia reluerentur. Religiosis utriusque sexus, quibus adempta monasteria essent, exilibus quoque spes redditus interdicta, Rochezana Pragensis ecclesiæ præfulatus promissus, de disponendo ecclesiistarum Bohemicarum regimine summo Pontifici facultas oblata. His sic constitutis, Rochezana cum aliis quatuor presbyteris, nomine totius cleri sibi adhaerentis, sedente Sigismundo pro tribunali in foro civitatis erecto, assistente Alberto genere magnaqvæ procérum & oratorum circumstante corona, obedientiam Romanæ ecclesiæ sese præstare professus est. Sequente vero die, haud absimili solennitate absoluti sunt ab anathematæ, cæterisq; censuris hæretici, & in ecclesiastam per concilii legatos introducti. Ubi cum divina celebrarentur, Rochezana perfidie sua non immemor, altare accedens, divina re peracta, uni quem iussicerat ex laicis adesse, sacramentum ex calice dedit. Et quamvis Joannes

nes Polomor , alter ex concilio legatus in aliena ecclesia id sibi non licere assereret , eumqve prohiberet , in proposito perstitit. Ob qvam rem penè in irritum converta ceciderunt . Composita tamen lis est , ex eo conventionis capite , quo sanctum erat , ne paucis pacta violentibus communis concordia rumperetur . His compositis , Sigismundus nona Septembri , anno sexto & tricesimo supra millesimum & quadringentesimum ab ortu Salvatoris Domini , Pragam venit , ubi , qvi paulo ante Bohemorum hostis ex adulterio natus , Antichristi filius , sacrilegus , publicis hominum votis perdendis censemebatur , extremis honoribus exceptus est . Barones ac civitates in ejus verba juraverunt , & magistratus suos , qvos ipse constituit , acceperunt , certantes inter se , qvis altero suo regi obseqvientior videretur , ut est humanum ingenium utramque in partem immodicum , sive persequevi sive obseqvi malit . Philibertus episcopus Constantiensis , natione Gallicus , & collegæ sui ex Basilea missi , ecclasiasticos introducere ritus , sacerdotes instituere , ex missarum solenibus vulgaria verba , cantilenasqve detrahere , sanctorum imagines reducere , aquam benedictam in ædibus sacris reponere , baptismatis fontes sacrare , altaria ornare , spurcitas omnes abolere . Paruere complurimi , qvibus mens sanior fuit . Rochezanæ complices resistere , obloqui , blasphemare , plebem modis omnibus averttere . Iple qvoqve inventor malorum ex parochia S. Mariæ ante Lætam Curiam , qvam propria temeritate invaserat , amoveri minime potuit , neqve laniare sermonibus suis inter prædicandum Romanam ecclesiam prætermisit , legatisqve sape necem per insidias machinatus est . Sigismundus autem cum ecclesiæ pollutas intrare nollet , templum S. Jacobi , qvod fratum minorum fuerat , & in quo machinæ bellicæ tum servabantur , restitui sibi poposcit . Annuit civitas , & aliqui monachi introducti sunt , qvi verbum Dei prædicarent . Id olim ne Zischa subverteret , armati carnifices defendere , sepulchris majorum consulentes . Redierunt & alii mendicantes , tum Celestini , Slavi , servi S. Maria Theutones , Hierosolymitani , & nonnullorum monasteriorum Abbates . Sacerdos qvoqve S. Georgij in arce Pragensi , qvæ principis honore defungitur , & pastorali baculo utitur , sacris præfecta virginibus ab exilio remeavit . Hæc ex veteri more qvotannis in celebritate S. Viti novellum regi panem offere

ferre tenetur. Restituti sunt & Cathedralis ecclesiae canonici ac vi-
carii, ornamenta altaribus redditum, divinum officium restauratum.
Legati Basileam missi, qui declarationem super articulo communio-
nis expeterent: cumque nulli essent ecclesia reditus, ex quibus ali
templorum ministri possent, iussit Imperator, ex fisco regio per-
singula canonicorum capita hebdomadatim aureum nummum di-
tribui, minoribus clericis dimidium dari. Eares annua aureorum
sex millia apud ecclesiam Cathedralem absumpsi. In alia quoque
templa donaria collata. Nova jam facies urbis, novus populus, ve-
rus rediisse religionis cultus apparebat. Quibus ex rebus liquet Imperatorem,
quaesitum foedera cum haereticis percussum, necessitate magis
admissum, quam voluntate, voluisse illum paternam hereditatem.
Quoq; vobis intrare, sensimque regni possessione accepta more ma-
jorum sub veram Christi religionem provinciam reducere. Jamque
reges ei populi que Christiani de regno recuperato congratulaban-
tur, ejusque nomen in omni ecclesia magnum erat. Eugenius quoque
Pontifex maximus auream rosam indicem sua laeticie ad eum ini-
xit. Thaboritae qui superioribus cladi bus supersuerant, in oppido con-
servati, ea lege in gratiam recepti, ut quinq; vennio toto suis moribus
viverent, religionis cultum mutare non cogerentur, iura civitatis haberent,
signum ferrent, in sigillis rubra cera utearentur, tributi nomine singulis an-
nis sexagenas decem penderent. Sed cum nephandas eorum consuetu-
dines Sigismundus accepisset, quibus illi circa rem divinam ute-
rentur, quinq; vennium haud expectaturum se dicere, correptum pro-
pediem sceleratae civitatis inflammat. Rochezanam hortari Romanæ
ecclesie se subjiceret, sic posse pontificatum sibi committi, superbi-
enti; & aliena de fide sapienti, ascensum desperandum esse, qui vel
consecratus episcopus ejici deberet. Ille mente superba, & opinio-
ne sua inflatus, dietim pejor, dietim venenosior effici, monachorum
reditum ægerrime ferre, quorum sermones non minus quam suos
acceptum iri verebatur. Ob quam rem occurrente inter prædi-
candum sermone de monachis, Venerunt, inquit, novi dietim ad nos
demones, quos monachos vocant. His studium est ejicere nos de veritate, at
si viri fuerimus, prius sanguinem effuderimus. Id Sigismundus ubi ac-
cepit, imo nos, inquit, Rochezana sanguinem non inviti ante aras
libabimus. Non latuit Rochezanam Sigismundi sermo, qui ex ami-
cis

cis commonitus clam ausugit. Ejus ecclesia Papusconi bono & docto viro commissa, quem nos postea exulem, perturbatis iterum rebus in Nova domo vidimus. Priusquam Bohemiam intrasset Sigismundus, Joannes Rohacius, nobili loco natus, ingenio malo, mente pessima non longe à montibus Cuthnis, intra sylvas in edito colle castellum ædificavit, vocavitque montem Syon, asserens ex eo loco veritatem aliquando exituram, quæ gentem Bohemicam libertate donet. Euntibus ad Igliariam cæteris nobilibus imperatorem suscepturnis, ipse domi manens, vicinis infestus prædas agitat, inslignantibus nonnullis Baronibus, quibus pax noxia, bellum salubre videbatur: Sigismundum quoque lacebat, armenta boum & ovium, quæ illi advehabantur, ex Hungaria rapit. Itinera quæque infesta, infesta reddit, neque purpuratis regiis abstinet. Sigismundus Henricum Ptarsonem, qui hominem corripiat, cum exercita mitit, obficio quatuor ducta mensibus, castellum summa vi oppugnat. Sed in cacumine montis situm, vallo, fossa, murisque opportune munatum, difficile superat erat. Eriguntur turres, quæ munitiones murisque suporent, tela intus jacintur, multi utrinque cadunt, obsidentium plures, in quos tela haud frustra cadebant. Accessum ad muros altior fossa prohibebat, quæ licet aqua caruit, laboriosum tamen periculosumque militi erat, sagitis undique cudentibus in eam descendere, atque inde rursum vallum, quo muri præcingebantur, ascendere. Cuniculis igitur aditus in fossam paratur, reliquo terræ aliquanto, ne fraus intelligi posset instar ostii ante fossam. Expectatur ventus, qui ex castris in castellum spiret. Is ubi vehemens datus est, armati aditum ingrediuntur, tormenta ænea quam plurima simul incenduntur, ventus fumum in castellum rapit, milites aperto cuniculorum repagulo in fossam prossilunt, & admotis scalis vallum ascendere nituntur. Prandebat tum forte Rohacius, pauci qui pro muris excubant, clamorem attollunt. Fit tumultus, concurritur undique ad defendendum vallum. Rohacius quoque reliquo cibo summis armis auxilio suis ex arece advolat, pugnatur eodem tempore pluribus locis acerrime. Ubi Rohacius adebat, hostis ex alia parte vallum superat, stragemque late faciens, castellum ingreditur. Rohacius dum ire in arecem fessinat, præcluso itinere capitur, arx quoque vi rumpitur, latronibus qui eo confugerant interceptis, sacerdotiisque Hu-

sitarum

storum vesaniae participi, qvi sacramenta ministrabat hereticis, indi-
ta vincula, ducti omnes Pragam, suspendio vitam finiere. Furca-
rum, qvibus damnati pœnas dedere, triplex differentia fuit, & sub-
limior Roacius peperdit, imam tenuere latrones circiter nonagin-
ta, media sacerdotem arripuit nomine Medium, atque ita Medius
in medio furcarum damnatam animam devotamqve Sathanæ redi-
didit.

CAP. LIII.

*De morte Sigismundi Imperatoris, & quem relique-
rit in testamento heredem.*

AE Grotare interea Sigismundus cœpit, exaugente morbum se-
nectutis incommodo. Barbara imperatrix de retinendo im-
perio solicita, Henricum Ptarsonem Sterenbergium, Ge-
orgium Poggiebracium, & alios plerosque Barones, qvo-
rum autoritas apud Bohemos potior, clanculum ad se vocat, *Sigis-
mundum brevi moriturum asserit, futuras in regno turbationes, nisi rei sue
quam celerrime consulant, quietis unicam viam esse, si se viduam rex Po-
lonie ducat uxorem. Id ei suau facile. Nam quis matrimonium renuat,
quod dotalia duo regna sequuntur, eaqz maxima, & opulentissima? Suo
nomine & in Hungaria & in Bohemia oppidam unitissima custodiri, comi-
ta Cilia alterum fratrem, alterum nepotem, auxilia prabituros, multos in
Hungaria proceres, suas partes complexuros. Placet Bohemis impera-
tricis consilium, datisqve dextris fœdus ineunt. Mulier jam anus,
novum conjugium mente complexa, filiam, qvæ in spem regni cre-
verat, & Alberto duci Austriae nuperat, ex animo dimovet, nec
aliud, qvam novi concubitus gaudia meditatur. Inexhaustam fœ-
minæ libidinem! qvæ tumulo qvo propior est, eo genialis thori, nu-
ptialisqve facis cupidior & curiosior redditur. Non latuerunt Impe-
ratorem furentia fœminæ excogitatus. Qui postqvam referentibus
medicis moriendum sibi esse cognovit, ex Bohemia cuius sibi dubia
fides erat, in Moraviam se vehi jussit, visurus filiam, priusqvam vita
excederet. Illa cum viro ad eum in civitatem venit, qvam Snoima-
vocant. Ibi mox Barbara virum secuta, custodiæ traditur, Ulricus*

Ciliæ comes præmonitus, fugam arripuit. Imperator vocatis in cubiculum Hungariae ac Bohemiae primoribus, adventasse resolutionem sui corporis, nec jam amplius se vivere posse affirmat, iturum se patrum viam. Ceterum priuquam oculos claudat, de salubrissimè regnorum suorum velle cum eis agere. Albertum Austriae ducem, generum suum esse & virtute præstantem, & generis nobilitate sublimem, cum se non minus amare quam filium, successorem itaque suum nominare, rogare supremam voluntatem suam exequanetur, beatum id regnum futurum, cui Albertus imperaverit. Exin legatos nominat, qui se mortuo Bohemiam pertinentes, in conventu testamentum suum patefaciant. Inter quos Gaspar Slichius princeps fuit, matre Italica ex comitibus Collis alti agri Taruissini, patre Teutonicō natus, ex familia Lazana provincie Franconia, ingenio dextro, facundia svavi, doctrinæ cultor, ad omnia genitus, quæcunque ageret. Quem usque adeo fortuna & virtus extulit, ut quod erat prius inauditum, trium Cæsirum successiveregnantium cancellariæ præfuerit, unus ex ducibus Silesiæ filiam sibi in matrimonium tradere non recuafaverit. Sigismundus illi Egram & Cubitum, & alia in Franconibus oppida dono dedit. Albertus in Hungaria Calegium, & Albam ecclesiam. Fredericus in Austria Græcum. Versatile profecto ingenium, & natura bonitas singularis, quæ inter tot imperatores, moribus prorlus dispare, pari gratia vivere potuit. Nos hujus amicitia in curia Frederici Cæsaris usi, si quid profecimus quod scimus quam tenue est, adjumento ejus consecuti sumus, Episcopatum certe Tergestinum, unde reliquæ dignitates provenere, ipse nobis primus committi curavit. Mortuus est Vienna, & apud Carmelitas cum conjugé sepultus. Sigismundus supremis suis ordinatis, inter amicorum manus defecit.

CAP. LIV.

De sepultura Sigismundi Imperatoris.

Albertum Barones qui aderant ex Hungaria & Bohemia, cordibus animis regem salutavere. Ipse missis in Bohemiā suis & Sigismundi legatis, versus Posoniū iter flexit. Miserabile spectaculum, & humana rerum singulare documentum, imperatrix captiva & Imperatoris cadaver unâ vehitur. Occurrunt lugubres

gubres Hungari, nec teneri lachrymas in tanta rerum novitate pos-
lunt. Hinc defuncti regis corpus actum elicit, inde reginae vincula
commiserationem excitant. Solatur tamen miseros novi regis electio,
cujus virtutis multa extabant documenta. Duo inter se oppugnan-
tes curae occurrabant, altera sepieliendi regis, plena mortoris, altera
coronandi, leta jocundaqve. Justa prius defuncto regi persoluta,
corpus ejus in Varadino, ut in ultima voluntate placuerat, sepultum.
Albertus in Alba regali, cum conjuge sua Elizabeth, Calendis Janua-
rii summo consensu & applausu populi coronatus est,

CAP. L V.

*De Alberto Bohemorum Rege quarto decimo, &
etiam Romanorum Rege.*

Legati in Bohemiam profecti, vulgato Sigismundi testamento, Albertum vicinum, potentem, nobilem, virtute præstantem, Bohemis amicum, regem assumi petunt, Joannis, Caroli, Ven-
ceslai, & ipsius Sigismundi erga regnum merita commemorant.
Nam ex eorum sangvine Elizabeth, non esse paterna hæreditate pri-
vandam. Inter Bohemias reges & Austriae principes foedus extare,
procerum consensu & imperiali autoritate firmatum, ut deficientibus
altera domo masculis hæredibus, altera regnum accipiat. Desecuisse masculos in Bohemia regis stirpis successorem ex Austria vocandum. Neque
alium regno idoneum videri, quam Albertum, qui & uxor, & suo ju-
re, & saceri judicio, præferendus sit. Futurum eum regem, quem Bohe-
mi ex coelo missum putent. Hungaria quem cupide regem acceperunt,
Bohemis haud aspernandum. Flectitur his Bohemorum conventus,
Albertus pridie nonas Majas designatur. Verum proceres qui cum Bar-
bara confiraverant, non alio pacto in Albertum consentiunt, quam si
postulatis suis mos geratur. Alscio Sternenbergi eorum nomine Albertum
adiit, sed frustra ejus preces fuere. Albertus sermè Bohemis, quæ
focer, affirmavit. Interea Barbara dimissis, quæ possidebat in Hungaria
inexpugnabilib⁹ castellis, libertati redditia est, duodecim millia auri nū-
mūm locis patentibus, quo ad viveret, ei singulis annis constituta. Ptar-
fco de voluntate Alberti ab Alscione certior fact⁹, accepit istis ex factione

sua primoribus, qvorum pars potior heretica fuit, Hussitarum seqvax erroris, Casimirum regis Poloniæ germanum, tredecim annos natum, regem appellat, missisq; oratoribus auxilia petit, qvibus nobile regnum ei conservari possit. Inter hæc & Electores imperii apud Francfordiam convenientes, rem Romanam Alberto commendant. At illi acceptare imperium injussu Baronum Hungariae haudqvaquam licebat. Id enim eis promiserat, cùm se regem accepere. Vocati primores regni, negabant ex usu esse Hungaria regi Theutonicis caterisq; gentibus imperare, dum Sigismundus Romanarei consulntrus, Italiam, Germaniam, caterisq; provincias peragravet, Hungariam Turcarum direptioni patuisse. Multa in utramque partem dicta. Postremo vieti precibus, Frederici ducis Austriae tunc adolescentis, assensum dedere, imperium summa Germanorum congratulatione ab Alberto suscepturn. Nec mora legati ad regem Poloniæ, nomine gentis Bohemicæ missi, Joannes Rabensteinus, & Joannes Placius, oratum, ne fratrem turbare Bohemia regnum patiatur, meminerunt inter Bohemos ac Polenos veteris amicitie, Albertum ex Sigismundi testamento, & provincialium decreto, regem esse, non potuisse paucos, qui Casimirum vocavere, juis regni ad alterum transferre. Si perget alienum regnum fratri parare, caveat ne de sno certare cogatur. Polonus ad ea Bohemos sibi amicos esse facetur, cupere benevolentiam perpetuo stare, ac fratri, quem primarii barones regem vocaverint, juis auferre non posse, Polonis ac Bohemis unam esse linguam, & unam utriq; genti originem, cum Theutonicis nihil Bohemis esse commune. Nihil provincialibus incommodius, quam sui regis vocem non intelligere, atque in omni loco interpres egere. Regnum sibi suum satis tuum fidumq; esse, neque se externam vim ullam timere. Proinde orare, ut fratrem potius recipiant, quam ipsi ab eo recipientur: donatosq;ve preciolis pellibus, ut est mos gentis, oratores dimisit. Legatis autem alterius parti, misurum se propediem auxilia pollicitus. Albertus medio tempore Iglariam petit, quo in loco ab Ulrico Rosensi, Mainardo, plurimisq; Bohemiæ proceribus percepide expectabatur. Ptarco vero per nuncios eum rogit ne prius regnum ingrediatur, quam sibi factionisq; sua facias satis. Neque enim passurum se regem esse, quem ipse non elegisset. Albertus, qvod major pars regni statuisset, id ratum esse debere respondit, hortari ne regnum quietum interturbet. Inventurum benignum regem si paci consular, sin perget res innovare, plus belli reperiturum quam

quām vallis. Exim motis castris Cuthinam occupat, quam Ptarsco si-
ne presidio reliquerat. Petenti Pragam frequens populus occurrit,
atque ut hostium victori congratulanter. Et quāmvis iterum Ptar-
scoris factio conventum peteret, priusquam rex coronaretur, reje-
ctis precibus, tertio Calendas Juli solenni pompa coronam accepit.
Ptarsco vero Coloniam, & alias Iure factio civitates impigre mu-
nivit. Cumque duo milia equitum ex Polonis ad eum venissent, po-
pulari eorum agros ceperit, qui regem introduxerant, & tanquam
diu Bohemia quievisset, novo exultans bello, adeo gloriabundus in
campos exiit, ut captivos nobiles, quos forte intercepserat, ea con-
ditione juratos dimitteret, ut se non prius representarent, quām castra
maris Pragensibus admoverentur. Albertus eti auxilia ex Austria
Hungariaque asciverat, illis tamen non expectatis hosti copiam pu-
gnandi fecit. Quam Poloni detrectantes, per montes Cuthnæ &
Sobeslaviam, ad Thaboritas se contulere, amicam sibi civitatem,
castrisque ante urbem positis, Albertum expectavere. Ipse cum co-
piis egressus, per Benescaviam ad eos festinans, legatos premissis,
qui Polonis dicenter, inter Casimirum, cuius causam agerent sc̄i, bellū
premium Bohemiam esse, caverent ne incendia agiarent. Experimentur
prælio, cuius provincia esset, cultam potius quām desertam mallent, se si mor-
ram minime facturum quin pugna titrem regni definias. Poloni ad hæc
huiuscemodi responsum dedere, ex aquo se ferre animo Alberti arro-
gantium pugnam petentis: nam superos superbis insensos esse. Venturo non
deficiuntur prælium, Polonus faciem hosti, non terga ostentare solitos. Læ-
tus eo nuncio Albertus quadrato agmine in conspectum hostis ad-
volat. Qvo intra castra se continente & ipse castra sua è regione
Thabor ad jaçutum lapidis tormentalis metatus est. Pugnatum singu-
lis diebus in campo, qui medius inter bina castra jacebat, nunquam
totis viribus in fortunam belli ventum, Polono non tam facile egre-
gia manu facinora edente, quām verba magnifica ore jactante. Erant
in castris Alberti, Christophorus Bajoaræ princeps, qui postea reg-
no Daciae potitus est: Fredericus Saxonie dux, & Albertus marchio
Brandenburgensis, cuius nomen ab eo tempore cultum magnum-
que fuit. Triginta millia militum Alberto parebant, Polonis quatuor
decim milia, quorum castris juncta civitas, magno adjumento erat.
Tormenta quoque ænea in utriusque castris plurima, majora apud

Albertum suere. Ex quibus uniusq; vno erat maximum, ignem ad moveri iussit, cuius lapis emissus miræ magnitudinis, cum præter opinionem in castris hostium cecidisset, multos mortales interemicit. Vidisse passim corpora sine capite jacentia, capita quoque, pedes, membraq; sine corpore in cruento fluitare, jumenta humi procumbere mortua. Neque enim primo idu duntaxat, sed multipli faltu pluribus in locis decidens laxum stragem fecit. Qvarè consternati Poloni relictis castris intra urbem se recepero. Georgius Poggiebracius per idem tempus cum Thaboritas peteret (nam & ipse Petarsoni junctus erat) in alam quvndam Alberti equitum forte incidunt, commiso prælio hostem prostravit, atque hinc primum homini nomen datum. Albertus vero cum expugnari Thaboritas aliter quam fame neqviret, soluta obſidione Pragam rediit. Poloni exhausti a gente, amissis equis, pedibus in patriam abierte. Fredericus Saxonum princeps, dimisso rege domum rediens in hostium insidias incidit. Sed nibil improvisa re motus, ordinata raptim acie, ea constantia, ea fortitudine pugnam iniit, ut penè vietus captusq; viatores vice rit, eæfisiq; quam pluribus captos abduxerit. Rex Polonia nondum cognitis quæ in Bohemia suis acciderant, cum duobus magnis exercitibus Slesiam ingressus, in Bohemiam properabat. Sed intellecta suorum fortuna, populatis hostium agris domum rediit. Albertus autem relicto, qui regnum gubernaret Ulrico comite Cilia, per Slesiam Gorlicum venit. Uratislaviensibus vero, ea est civitas nobilis ac præpotens, & Slesiarum caput, Albertum marchionem Brandenburgensem potentibus belli ducem dedit, qui Poloniam saepe infesto exercitu petens, longe lateq; prædas egit. Non multis post diebus actum de concordia. Rodericus Burgenis episcopus, natione Hispanus doctrina ac virtute præstans, arbiter litis ex Basiliensi concilio missus Albertum convenit. Disceptratum est inter legatos partium, non convenientibus inducere bellum dictæ, conventus in aliam diem apud Uratislaviam statutus. Eo veniens Albertus, ex gradu forte prolapsus, graviter lesus pluribus diebus agrotus debubuit: exin claudius effectus, infecta pace per Moraviam in Austriam rediit. Interea comes Ulricus, qui Bohemiæ præterat, inter Barones de vendicando sibi regno agere cœpì. Albertus cognito ejus studioproperatim stipendia subtraxit. Ille materia adempta,

qua Bohemorum animos sibi conciliabat, ex provincia discessit, nec ultra remissus est, regni cura Mainardo & Ulrico Rosensi commissa. Per idem tempus Delpotus Serviae, quain Rasciam vocant, eum sacerdotibus & nobilibus in Hungariam profligerat, Turcarum impe-
tum veritus, uno tamen reliquo filio, qui castellum Synderoviam
in ripa Danubii situm, & à Turcis obsecsum, tueretur. Albertus ab Hun-
garis invitatus, obsecsis opem latus, Budam petuit. Interea Geor-
gius Palotius, Strigonensem pontifex, diem obiit, qui coronam re-
gni, divitemque regum supellectilem in arce servaverat. Qya re co-
gnita, Albertus eo le consert. Arx regiae deditur. Qya dum the-
laorum regni coram Baronibus ad eam rem selectis recognoscit,
coronam beati Stephani regis, quam sacrosanctam putant, clam sur-
ripuit, anuique custodiendam tradit, cetera obliignatis occludit
arcis.

CAP. LVI.

De morte Alberti incliti regis.

Albertus Budam reversus, non expectatis auxiliis adversus
Turcas exercitum ducit, castra inter Titianam amnem ac Da-
nubium collocat. Interea Turcarum imperator evicto castel-
lo, excäcatoque Despoti filio, cuius sororem in matrimonium
duxerat, dominum abiit. Crudelis, qui neque conjugii affectum sensit.
Verum Turcis matrimonii necessitudo levis, apud quos singuli pro
opibus plures uxores habent, regibus eo amplius rubore licet. Ita
animus multitudine distractus, nullam pro socia, pariter omnes vi-
liter habet. Albertus ubi expugnatam Synderoviam, Turcas abisse
cognovit, dimisso exercitu Budam rediit. Sed infelito ferventis Au-
gusti calore vekatus, dum peponibus nimium oblectaretur, in ven-
tris solutionem incidit, sentiensque periculum, moriturus in patria
Viennam repetrere statuit. Iter ingressus, etum jam Strigoniūm præ-
teriisset, in villa que Longa dicitur, condito testamento sexto Ca-
lendas Novembri decepsit, princeps liberalitate ac fortitudine elas-
sus, & qui ceteris rebus longe religiosis studium anteposuit.

CAP.

CAP. LVII.

Quomodo Bohemi post mortem Alberti, eligunt in regem Albertum Bajoariæ ducem; sed electioni consentire noluit.

Bohemi qui Alberti regis causa inter se dissidebant, cognitam morte, apud Pragam convenientes, unum totius regni corpus efficiunt, atque ad eligendum novum regem ad octavum Calen. Majas diem statuunt. Rochezana qui dudum apud Graecium exulaverat, domum revertitur, suoq[ue] more insaniens, Romanam ecclesiam, Cardinalesq[ue], Patriarchas, ceterosq[ue] per orbem episcopos blasphemans, apud solos Bohemos incorrupta veritatis inveniri sacramenta dicit, preciosissimum Christi sanguinem parvulis ac dementibus praebet. Sacerdotes suæ temeritati adversantes, domo pellit, popularibus communionem sub specie vini recusantibus, ecclesiasticam sepulturam interdicunt. Redeunt damnata tempora, sumq[ue] placitum, suum quisq[ue] ingenium recepit. Regina Elizabeth jam filium ex Alberto pepererat octavo Calend. Martii, Ladislauum nomine, atque Hungarorum ei coronam imposuerat. Mittuntur ad eam legati, qui dicant ad eligendum regem diem statutam. Si quid juris in regno Bohemia ad se spectare confidat, oratores mittat, qui rem suam agant. Regina natum ex Alberto filium in cunabulis ostendit, roget ne paterna hereditate pupillum exnant: tempus mittendi legatos arctum esse: neq[ue] enim amplius quam dies quindecim supererant. Si prorogatur terminus, missuram qui pueri iura edisserant. Erat inter legatos Procopius Rabensteinus nobilis eques, doctrina ac morum lenitate praestabilis, cuius nos amicitia pluribus annis oblectavit. Is cum Alberto servisset, habentrum se cura ait, qua regina mandaret. Reversus in Bohemiam eos primum adiit, qui partes Alberti soverant. Exponit reginae desiderium, fvatet proferri conventum. Res digna exauditione videtur. Verum Ptarasco, & qui Alberti recusarant imperium, cum jam Pragæ convenienter, regno consulendum quantocuyus esse dicere, reginam spernere, instare, properare, vocare absentes. Illi diem ex die consulto proferre, mox causas nectere. Interea legati ab regina veniunt, fit freqvens conventus. Intrmissi Oratores proceres

proceres rogant. Sigismundi & Alberti suorum regum meminerint, ne-
otem filiumq; ne respiciant, contra ius gentium paternam hereditatem pueri
ne adimant. Fideles cum Australibus perenissa ne violent, pupilli atque or-
hans misereantur. Sunt non pauci, qui latet favore legatorum potu-
lata suscipiunt. At qui Albertum oderant, filium regem negare,
cujus patri tanquam regi non paruissent. Infantem regno inutiliē es-
tē, regem à regendo dictum, qui regendus sit, regem vocari non posse. Ante-
rīam Ladislau adoleſcat, longum tempus effluxurum esse, interim regem
iſsumi, qui per se regat. Satis esse Ladislao, ſepſt quatuor & viginti annos
id regnum vocetur, medio tempore locum alteri faciat. Reges regno dari,
non regnare regibus. Fredericum Austria ducem, jam Romanorum regem ele-
tum, Bohemis indulſſe, uti quem vellent, regem ſibi aſcicerent. Vicit
iactaſtentia. Albertus itaque Bajoarie dux, majore procerum vo-
lo rex declaratur, qui apud Venceslaum qvondam nutritus, Bohe-
mica lingua non ignarus erat. Mittuntur ad eum primores regni,
nter quos Ulricus Rosensis, homo ſemper ſe temporis accommodans,
princeps fuit, qui licet Alberti partes olim defenderit, hujus tamen
ententia ſuasor exiterat. Qibus ea res indigna videtur, hi Proco-
pium ad Fredericum Cælarem clam ire jubent, rogantes nobile re-
gnum ne pupillo negligat, cujus tutelam ſuſcepere. Jam enim Eli-
zabeth Hungarorum inconstantiam verita, qui ad Polonia regem de-
cerant, Ladislau ad eum milerat educandum. Fredericus audito
Procopio, missis ad Albertum Bajoarium nunciis hortatur, ne re-
num ſibi alienum uſurpare preſumat, quod cum difficile, tum ignominio-
um fuerit. Bohemis, quibus defuncti regis heros eſſet, non licuisse alium eli-
gere; neque ſe potestatem eam dediffe, quemadmodum in Bohemorum con-
ventu nonnulli ementiti fuerant. Procopium vero in Bohemiam romit-
at, qui ius Ladislai haudquaquam ſe neglecturum aſſeverat. Albertus
ea virtute atque animi moderatione uſus eſt, qvæ poliquam reges elle-
cepere, rarissima ſemper fuit. Nam venientibus ad ſe Bohemorum
egatis, amplum & nobile regnum offerentibus gratias egit, qui ſe
unum ex omnibus elegiſſent, cui parere vellet dignumq; tanto imperio judi-
carent. Multa ſe idcirco debere Bohemis, neque id unquam beneficij ob-
ſtruioni daturum. At cum regis Alberti ſoboles exeret, indecorum eſſe cuius
clerius injuria regnum querere, paternam hereditatem nulli auferendam.
Qui pupilos ſuo jure diſpolient, Diſi atque bovinibus inviſi ſpuma aliquan-

do patrati sceleris dare: cognovisse se non vano rumore fadus antiquum inter Bohemos & Austriales extare, deficiente mascula sobole principem nefaros assumant: fidem servare pulchrum, ne cui temere noceatur eavendum. Sceleratam execrabilimè, vocem illorum, qui regnandi causa jus violandum astrunni. Atque ita majorem se sperto regno monstravit, & si verum fateri licet, clarissimum egit regem. Nam regnum apud eos, qui spernunt, non qui cupiunt.

CAP. LVIII.

De Ladislao infante Bohemorum Rege quinto decimo.

Bohemi ab Alberto repulsi iterum convenientes legatos ad Cæsarē mitunt, petentes tutorio nomine, ut regnum accipiat. Is in Belgiam se icurum dicit corona suscipienda gratia, cum redierit de re ipsa transacturum. Reversum potentissimi ex Bohemia proceres adeunt. Inter quos Ptarco etum esset Alberti filio infensus, seorsum Fredericum alloquitur, regem us seipsum faciat, horatur, facile id futurum, si tutelam pupilli rejiciat. Nam cum ceteri definet, Bohemos suopte ingenio regnum sibi oblaturos, cum ex fædere tanquam seniori Austria principi debentur. Negavit Fredericus orphani, cuius tutelam gereret, hæreditatem se quoquo pacto invasurum, nec tamen Bohemiam tutorio nomine administrare voluit, quam sine profusione magna pecuniarum retinere non poterat. Nam Bohemi nisi ex regibus quotidiana munera accipient, ab officio recedunt. Neque est regnum eius fiscus abundant. Regis possessiones in privatas manus pervenire, argentifodina unde opes regis in immensum crevere, maiore ex parte periire. Distracti census, vectigalia prouisus extincta, nisi populares in sumptus regios pecuniam conterant, quam vocant bernam, aut rapere unde vivat regem oportet, aut precari regentem mendicare. Svalit igitur Imperator, ipsis ut per se provinciam regent, donec pupillus adoleceret, donatosque oratores à se dimisit. Domum reversis gubernatores eligere placuit, inter quos Ptarco & Mainardus priores habiti. Sterit aliquandiu concordia discors. Nam licet Mainardo Ptarconiique factionum capitibus parum conveniret, & alter coaventa cum concilio habita servanda esse diceret, catholicon

arum tutor partium, alter sperneret, Rochezanæ amicus, ab ar-
nis tamen abstinuere, mediumqve qvoddam temperamentum inven-
um est, qvo partium cuiqve suo voto liceret vivere. Verum Ptar-
cone vi morbi repente extinto, Mainardi potefas aucta est, cui tum
ragenses, tum fortiores regni civitates paruere. Id ægre fuit adversæ
parti, qmæ Pearsonem defuncto ad Georgium Poggiebracium se con-
ulerat, eumqve sibi ducem elegerat, jam tamen rei militaris peritia,
ebusqve strenue gestis insignem. Orare igitur ne jacere suæ partis fi-
at, Mainardum indies crescere, Pragam in potestate habere regni metropo-
litam, sacerdotes qui Romanum ritum introducant magnificare, qui veritatem pa-
rum sequerentur, persequevi. Occurrentum temeritati hominæ, qui peregrinos
nores patriæ anteponat, Pragam ei auferendam, neque id esse difficile, ci-
tibus non placere Mainardi regimen, Rochezanam multos habere amicos,
vi excitato tumultu arma capessant, audendum esse fortibus viris, fortu-
ram ipsam aperire vitoriam. Georgius ipse, qui suapte natura magna
supererat, collaudatis sybaribus nonnullos in urbem ire jubet, qvi per-
tentatis civium animis, qvæcunqve invenirent, ad se referant. Post-
quam multi aures adhibent, conjuratione facta invadenda urbis di-
cis constituitur. Conjurati incendium in parte urbis admodum re-
nota excitant, concurrunt ad restinguendum ignem. Interea Ge-
orgius ex adversa parte cum copiis muros invadit, nec mora prodi-
tores in instanti portas aperiunt, extollitur clamor, ut capta urbe so-
let. Hinc tremor suprema timentium, inde exultatio victorum ex-
audiiri. Trucidantur passim resistentes. Mainardus in eo tumultu ca-
stus in carcere conjectus, ibiqvæ tandem obiit, sive tædio diutini
carceris, sive, ut pleriq; putaverunt, exhausto veneno. Ex illo tempore
ine controversia Praga in potestate Georgii fuit, neq; posthac adversa-
i palam voluntati ejus ex Baronibus qvisq; prelsumfis: qvibus potes-
tas suspecta viâ, durum imperium, in concionibus laudare hominem,
probare regimen, blandiri, adulari, cum esse dicere, qui tandem regni cala-
nitatibus modum ponat. Id nulla vi restins fieri posse, qm si rex in ge-
num veniat, precari, numen obtestari, id patriæ non deneget, legatos ad
Cæsarem mittat, infest, urgeat, facturum tuorem denique; quod in pha-
si rem sit. Si pergas adversari, nihil Bohemis imputandum alium regem
quarentibus. Sententia qvamvis ingrata Georgio, accepta in auribus
populi refelli non potuit. Missi ad Cæsarem oratores nihil impetra-
vere,

vere, pupillaris ætas excusationem præbuit, qvamvis sèpius idem tentaretur. Venerè plurimi ex Bohemis ad Fredericum vifendi regis gratia. Inter qvos Georgius nomine Gisera, armorum gloria clarus, qui partes ejus unus fermè defenderat in Hungaria, cum rex Poloniae regnum invasisset, prædones saepè acie fuderat, Joannem Huniadem bis castris exuerat, rebellantes Hungaros magnis cladibus afficerat. Is ubi ad cònspectum regis intromissus est apud Novam civitatem, qvo in loco tunc aderamus, astantibus plurimis illachrymans Ladislai manum exosculatus, in hunc modum verba fecit : *Video te tandem teneat, mi Rex, si scires qua pericula propter te adiui, quibus me laboribus implicui, quot adverso corpore unlnera accepi. En cicatrices testimonio sunt, patre ego tuo tibiq; vitam devovia. Nulla vis est, nulla fortuna, qua alienare animum à te meum posfit, officia mea sola tibi auferet mors.* Sed tu hac per etatem non intelligis. Et subridens, *Qvod inquit, mibi premium fidei ac laboris erit? & qvod das militi tuo stipendum?* Sextum tunc annum agebat Ladislaus, qui postqvam Gisera finem dicendi fecit, oculos buc atq; illuc circumvolvens, loculos Joannis magistri cameræ suspiciens ex philaëterio pendentes, qva ille nummos more Teutonico pauperibus erogandos asservabat, hanc tacitus arripuit, æraq; sex tantum, neq; enim plura invenit, illinc deprompta Gisera dono dedit. Admirati omnes pueri factum, & providum & liberalem futurum judicavere. Gisera innexos postmodum auro nummos è collo suspendit, regiæ gratitudinis monumentum. Hungari, qui mortuo Alberto regem Uladislaum ex Polonia vocaverunt, diu imperium Ladislai obtreckavere, bellumq; aduersus Turcas infeliciter fecere, in quo Uladislaus fortiter pugnans obruncatus est. In conventu deinde civitatum procerumq; Ladislaus rex appellatus, missa legatio ad Fredericu, in qva regni primores fuere, decretum electionis exposuit, Ladislaum in Hungariam mitti coronandum postulavit. Responsu[m] est recte Hungares egisse, qui Regem tandem suum recognoverint, elezione inde hand quamquam opue fuisse in eo, quem natura regem dedisset, neque coronandum esse, qui semel coronatu sit. Puerum adhuc egere tute, nullius tunciam salubriorum ei esse, qm Frederici Imperatoris & proximi consanguinit. Expellarent etatem regno idoneam, inter se regnum administrarent. Diu inter Hungaros & Imperatorem ob negatum regem inimicitæ fuere, & armis qvoq; tentata res est. Joannes Huniades

des infestis copiis Austriam ingressus, qvamvis ferro atque igne agros
raastaverit, regem tamen coronamque, & qvae repetebat in Hungaria
castella, obtinere non potuit. Pugnavit iterum contra Turcas, a quibus
magno prælio victus, humilior factus, Cæsaris benevolentiam &
petuit & impetravit. Ob qvam rem qvamvis sape & ab Hungarib⁹ &
Bohemis Ladislaus peteretur, res tamen ad duodecimum ejus an-
num protracta est. At cum Fredericus imperialis coronæ succipien-
de gratia Italiam petere statuisset, rursus Bohemi, Hungari & Au-
striales, legationibus seorsum missis Imperatorem fatigavere, Ladis-
laus repolcentes, postulata omnibus negata sunt. Ad Bohemos,
qvi ea de re conventum Pragæ habituri erant, ac ferocius agere vide-
bantur, regem alium electuri, nisi mos eis gereretur, legatos mittere
placuit, qvibus & nos additi sumus. Provinciales, qvibus apud Pra-
zam dies statuta fuerat, grassante illic peste, in Beneschavia conve-
nere, qvos in freqventi conventu, presidente Georgio Poggiebracio,
n hunc modum allocuti sumus: *Petivisis ex Cesare viri Bohemi, Ladis-
laus regis quondam vestri filium ad vos mitti, idem Hungari, idem Austria-
es importunis precibus exigunt. Si vobis nos geritur, illos offendere necesso
st, si preces aliorum audiantur, contemnere, vestram oportet, si necessarium sit
iterum ex duobus, vestram amicitiam preferret Imperator. Vetus est enim
majorum suorum cum Bohemica gente fædus, & acceptorum ultra citroque
enemiorum memoria recens. Sin virtus claritatemq; pensanda est, quis Bo-
hemico nomini non invideat, cuius victorias tempestate nostra plures numerare
icit, quam reliqua gentes omnibus seculis comparatae potuerunt? Verum Ca-
esar hoc tempore in hanc electionem descendere haud quaque necessarium vi-
letur, quando ea pueri etas est, que neq; vobis neq; Hungari usui esse potest. Esto,
veniat in Bohemiam Ladislaus, quod inde regno emolumentum cedet? Ille ne
us litigantibus decet? statum reipublica reformabit? adversus hostes copias
ducet? belli paciœ munia obibit? Nihil horum prestare potest, cui recte eu-
ela opus est. Illud in primis ejus adventus faciet. Regis pompa ducenda est,
ornanda regia, achibendi ministri, curiamore progenitorum apparanda. Ad
ec. grandi pecunia opus. Vobis nullum ararium esse audio, nullos census, nul-
la vestigalia publica. Ad vestram igitur opa recurrendum, vos prestare
impsum, vos regem alere, vos inexplicabilem curiam & insatiabiles ministros
explere oportebit. Video preterea inter vos non paucos esse proceres, consilio,
utoritate, atque opibus penè paros. Cura regis uni committenda erit, non
omnibus.*

omnibus. Ille dominus, ille Rex vester judicabitur, qui regis corpus in potestate habebit. Et quis vestrum est, qui non cum honore sibi quam alteri malit? Semina inter vos discordiarum petitio, nisi prius in unum conveneritatis, qui regis cura praeſit. Vobis incommodeſ Fredericu liberat, qui ſuo ſumma pum papillum regium gubernans, diſcussionum vobis fonsitem auferit. Nec vos latet, quandoquidem tenera regis atas eſt, corpus ejus in potestate Cesario rectius eſt, quam in alterius cuiuſipiam. Ille enim consanguineus eſt, ex eadem familia natus, & Imperator. Et quis pupillo regi convenientiior tuor detur, quam princeps principum? Si ſit inter vos & Hungaros contentio coram extraneo judece, de custodia corporis regis, par cauſa veſtra atque illorum jucabitus. Utrique regem petitio, utrique fidelitatis documenta praefabilitis. Verum in hoc illi superioris erunt, quia natum apud ſe regem, coronatumq; dicent. Apud Caſarem veſtra cauſa longè juſtior eſt, quam Hungarorum, ſeipſum tamen in cura patrueſis vobis praeſert. Curate regnum, pupillum ſibi dimittite, quem postquam pubes fuerit, vobis in primis credet. Quid vero oratores veſtri dixerit, aliud regem accersendum a vobis eſt, id magis terror inſtentiendi cauſa diſcum Imperator exiſtimat, quam quod animo veſtro eaſtentia ſedeat. Neque enim veſtra fide incorrupta prius, hoc reprobavit, neque progenitorum Ladislai in vos collata beneficia hoc exigunt, nec innocens ejus atas quicquam demeruit. Ceterum volvite animo prius, ut ſapientes decet, quemnam Ladislao preſerve poſſis, cujus ſanguinem, ſimilitudinem originem memoria teneatis, quas uor Romanorum Imperatores produxerunt. Si paternam preſupiam exquiriſſis, quinque imperatoria dignitas in Australi domo reſedit. Obscuritatem querat neceſſe eſt, cui tanta claritas non ſatisfacit. Addite poteniam, amicitias, clientelas. Aſtriam vobis vicinam poſſidet, Moravia, Sileſia illi parent; Hungari, ceteris noua moliri videantur, ab officio tamen non recedent. Imperator a quo regnum veſtrum dependet, ſanguini ſuo non deerit, nec ius familiæ ſue negliget. Bojoarie Saxonieq; duces, Marchionieq; Brandenburgenses, & omnes fermè Germania principes, Ladislam propinquā neceſſitudine attingunt. Non potest hic pupillus offendere, niſi tota Germania ladatur. Hac ſuperfice vobis commemo rari non ambigo, verum ita iuſſit Imperator. Ille in Italiam pupillum ſecundum abducet, reductum, puberemq; ſuctum, ſi perſisterit in fide, ad vos primum mittet. Vos interea pro gravitate integritatēq; veſtra, quod in rem Bohemici regni pupilli ſit, consulere admonet. Veriſimilis oratio viſa neque ſine favore accepta, acceptioremque Procopius noster collega reddidit,

qui patro sermone, Latinae linguae ignariis verba nostra interpretatus est. Jussi sumus ex conventu paululum abire, mox revocatis responsum datum. *Reddit a Imperatori gratia, qui eam legationem misisset, atque in dimittendo rege, Bohemos preferret ceteris. Accipere se bene consulta consilia, missuros ex nobilitate sua primarios juvenes, qui Casarem Italiam petentem sequantur, eis ministrent. Expectaturos quiete reditum, quem felicem famam superum benignitate futurum exoptent.*

CAP. LIX.

De morte Barbarae imperatricis, uxoris Sigismundi.

A pud Gracium Barbara imperatrix ea tempestate decedit, inexhausta libidinis mulier, qvæ inter concubinos illaudatum ævum publice agitans, sæpius viros petuit qvam peteretur, neqve Christianæ, neqve alteri cuiquam religioni astricta, quippe qvæ superulos ullos esse negabat. Ferunt eam ancillas suas saepè orantes jejunantesq; increpasse, qvæ corpus suum frustra macerarent, fidumq; ecclie numen placare verbis credrent. Vivendum svaviter, dum vita suppetit, fruendumq; voluptatibus. Id tantum homini datum, cuju anima cum corpore simul extinguitur, somniare qui aliteram vitam sibi promittunt. Congrua moribus sententia. Nam qui reliquo animi cultu voluptati corporis se dedere, gravati vitorum sarcina, non qvibus explicit viamq; corrigant, sed qvæ coemptum iter approbent, ea dogmata facile imbuunt. Neqve inquinatis mentibus solamen ullum valentius, qvam totum extingui morte hominem opinentur. Una salus desponsanti cœlum, inferos non timere. Corpus Barbaræ qvamvis infidelis foeminæ, Bohemi Pragam tulere, peractoq; funere in sepulchrum regium condidere. Nec defuere sacerdotes, qui prophanum cadaver ecclesiastico ritu sepelirent. Non sunt regibus scriptæ leges, nec in Bohemia qvicquam non permisum. Fredericus postqvam quieturos Bohemos intellexit, qvorum motus in primis verebatur, reclamantibus Hungaros & Australibus, assumpto fecum Ladislao rege Italiam ingressus, augustalem coronam à Nicolao qvinto pontifice maximo Romæ accepit. Exin visitato apud Neapolim rege Alphonso, cuius tum opes florentissimæ fuerunt, cujusq; neptem in matrimonium duxerat Leonoram, regis Portugalij filiam, moribus ac for-

ma præstantem, dormum rediit. In eō itinere Ladislaus sāpē fugam molitus est, consilio pædagogi fretus, cum quo postea captus, usq;ve in hunc diem custoditur in vinculis.

CAP. LX.

Qvomodo Australes Ladislaum regem ab Imperatore petentes, non exauditi, bellum movent, Non vamque civitatem obfident.

Australes interea svasore Ulrico Eizingero, sumptis armis præsides provinciæ à Frederico institutos vi pellunt, gubernatores ex seipso duodecim eligunt, summam rerum Eizingero committunt. Inventorem qvoque novitatum alterum Ulricum Ciliæ comitem in societatem accipiunt, auxilia ex vicinis gentibus accersunt, reversum imperatorem, missis legatis, aut regem Ladislaum tradere, aut bellum expectare jubent. Postulatis non tam rejectis qvā suspensis, impatientes magis moræ qvā belli, infestis lignis Novam civitatem petunt. Committitur primo adventu atrox pro portis prælium, nullus sagittis modus, cadunt sine numero tela, bombardæ stragam hostium horrendam edunt. Mistabili visu, disiecta passim membra eqvorum atq;ve hominum cernere, cruentem late fluentem aspicere. Qva densissima fuit, unus perfredit aciem lapis emissus, idem aliis atq;ve alias fecit, prostratis qvæcunque occurrere, inermibus atq;ve armatis, nec tamen intermissa pugna. Conglobati hostes, magis ac magis insistere. Ubi res gladio geri coepit, ac vir virum manu prehendit, equus equum impulit, pugnatum est aliquandiu æq;vo Marte. Postremo Cæsarianorum acies, non tam virtute qvā multitudine superata, terga dedit, atq;ve in urbem trepide se recipit, unius militis Andreæ Poumkircher, postea à Cæsare ad Baronatum suffecti, audacia civitatem tutata est. Qui ne viatores cum viatis uno agmine irrumperent, tamdiu pro portas solus impetum tenuit, donec conversi fugientes, globo facto, ex loco difficili hoste repulso, januam clausere. Firmata est deinde obsidio, & oppugnata machinis mœnia. Ex Bohemis solus Henricus Rosensis cum ducentis eqvitibus, peditibus fermè octingentis in casis

bris fuit. Hungari nondum venere. Neque enim per inducias bellum
asserere Cæsar licet. Australes cœciter duodecim millia militum ex-
peditos in armis habuere. Georgius Poggiebracius Cæsari, cuius erat
mirus, opem laturn, sedecim millia militum congregaverat. Sed
udita concordia, in agrum regulorum Rosenium exercitum duxit,
illasque late populatus est. Imperator enim interventu Caroli Mar-
chionis Badensis, Sigismundique Saltzburgensis archiepiscopi, Ladis-
laus è manu sua dedit, Australibus multa promittentibus, quæ mox
barbara fide negaverunt. Inter cætera conventum erat, ad tertium
dus Novembri conventione Vienne habere, in quo vocati utriusque partis
consanguinei, Bohemi quoque atque Hungari, de cuncta regis nondum pu-
eris judicarent, Ladislauum interea in potestate comitis Cilia extra Viennam
legere, nihil prius administrare quam consilii decretum siceret. Verum
nuer postridie in urbem ductus, summis novisque honoribus exce-
ptus, è vestigio magistratus in civitate creavit, præfecturas tota pro-
vincia instituit, sacerdotia donavit, regio more curiam erexit. Hun-
zari ad eum venere, inter quos Joannes Hunniades fuit, qui tum
comitatum Bistricensem regia beneficentia consecutus, haud aliter
quam principes conservare, novæ dignitatis insignia suscepit. Ac-
cesserunt & regem suum Bohemi, cum Georgio Poggiebracio, qui
quis non minora Ladislauus pollicitus, quam pater atque avus promi-
serant. Postquam dies affuit cum imperatore constituta, Ludovicus
Bajoariae & Gulielmus Saxonie duces, Albertus quoque Marchio
Brandenburgensis, Carolus Badensis, & multi ex Germania prælati
& principes advenere. Freqvens convexus habitus. In quo præsi-
lente Ladislao, oratores imperatoris, inter quos & ipsi fulmis, ita
audiiti sunt, ut vici apud victorem. Frustra aequitas, frustra honestas, in medium deducta. Cuncta ex arbitrio comicis gerebantur,
pro rege verbum facere, ac respondere, qui neque leges, neque
pacta victorem obligare posse ajebat. Fredericum & jure simul &
cello excidisse, armatis ac fortibus jura favere. Postremo infectis re-
bus conventus dissolutus. Nicolaus Cardinalis sancti Petri, doctrina
& vita integritate conspicuus, ad componendam pacem Apostolico
imperio missus, ab Australibus rejectus est. Ladislauus quamvis rex
appellaretur, alieno tamen arbitrio ductus, in regnis suis triumviratum deduxit. Joannes Hunniades Hungariam rexit, Poggiebracius

Bohemiam, Ulricus Austriam, Pénes hunc major autoritas, qui regem in potestate habens, illis quoque imperare posse videbat. Promiserat Ulricus & Hungaros & Bohemis regem ad eos propediem venturum, hungaros primū latissimè statuit, diem illis apud Pozonium constituit. Conveniunt freqüētes Hungari, res ibi voluntate Huniadis ordinantur. Potentiori omnia parent. Ulterius regnum ingredi, neque reginae neque comiti visum. Fit redditus in Vieham, Bohemis dies instituitur, quia regem coronandum Praga suscipiant. Erat inter Bohemos Joannes Smiricheus, homo nobilis, & facundia gratia inter primos constitutus. Is postquam regem Bohemiam ingressum eognovit, literas hujusmodi ad eum dedit. *Joannes Smiricheus Ladislao regi salutem.* Ventrum te quamprimum in regnum tuum probo, si modo imperaturus veneris, non pariturus. Inermem impotentemq; intrare non lando, si non bicipitem mater peperit, ut ex duobus capitib; unum Vienna apud amicos dimittat, alterum Bohemorum dubie credat fidei. Vale. Epistola comiti reddita est, qui cognito tenore, Georgio eam remisit. Ille accessito procerum concilio, inter quos Joannes non in postremis erat, literarum sensum supplicio scribentibus nomine recitat, quid mereatur scriptor percunctatur. Dignum morte primi judicant, nec Joannes suo loco sententiam dicere jussus, adversari audet, proditorem & ipsum patriæ, afficiendumque summo supplicio censet, qui ea scripsit. Profertur mox epistola ejus manu conscripta, & impressum annuli signum recognoscitur. Damnatus ore suo comprehenditur, duarum horarum tempus datur, in quo si velit, & anima sua saluti, & domesticis rebus consulat. Nec diutius vita dimissus, gladio percutitur. Sic vir magis eloquens quam cautus, dum alienam servare vitam studet, perdidit suam.

CAP. LXI.

De ejectione Comitis Ciliae, & privatione administrationis sua.

Comes interea, ut quam splendide regem in Bohemiam duceret, haud ignave operam dabat, ad eam rem non parum auri necessarium erat. Publicum aerarium exhaustum, qui eam summan crederent, neque negotiatores, neque proceres inveniri mos est

est Austrialibus, qvotiens repentina principi necessitas ingruit, ex subditis pro modo facultatum pecuniam exigere, qvam vocant Steuram. Id tamen injusu provincialium haud permisum. Huc ergo revertitur. Convocatur apud novum Tritieburgum pro veteri consuetudine quatuor ordines, Sacerdotes, Barones, Nobiles, Civitates. Ibi comes præsente rege convocationis causam edicit. Iter in Bohemiam regi necessarium ostendit, qva pecunia sit opus exposuit, principi suo ut subveniant hortatur, neque inopem mendicantique similem ad coronam suscipiendam ire permittant. Conventus deliberandi copiam petit. Ibi Eizingerus, qviam pridem à comite spretus, extra regis gratiam ejectus, occasionem qva se vindicaret expectabat, idoneum noctus tempus, vocatis feoribus primoribus, qvos sibi fidos, comiti infensos credidit, ita locutus fertur: *Quid agimus, viri Austriae, semper ne Ciliensis mantipla erimus? Imperatoris jugum excusimus, ut comiti serviremus? Moderatus certe illius regnum fuit, tolerabilior duratio. Ille in Austria natus, nostrorum principum sanguis erat, & si verum faceri liber, nostri domini dominus. Quia tamen ex sua magia quam principis nostri provinciam rexerat, arma sumimus, prefectos ejus ejecimus, regem nostrum vindicavimus. Hic alienigena nostra demum etate principatus honore donatus, nos omnes pro servis habet. Cui nostrum de republica consilium creditur? injussu nostro rex in Hungariam ductus est, suveris gratia, qui remiserunt incolumem. Nunc nescientibus nobis promissus Bohemis, Hungarica Bohemicaq; negocia solus comes pro libidine sua ducit. Neque contentus duorum regnum gubernatores vestigates sibi fecisse, Austriae solus exhaustit. Nam quota portio est, quam regius sumius accipit? quicquid reliqui est, comiti cedit. Major ei quam regi familia servit. Taceo concubinam instar regina cultam, cuius virum concubem nostrum, o Vienenses, interfecit. Plena prædonib; & meretricibus domus ejus, inter hos regias opes effundit. Magistratus, prefecturas, sacerdotia vendit: ubi non sufficiunt publica farta, ad privatas facultates manus admovet. Quicquid sim peccavere opulent, hodie plebitur, nulla vetustas impunitatem criminis haberet. Neque tua innocentia est, inconscia puniuntur scelera. Et offendisse maiestatem convincitur, quisquis dives habetur. Nemo sua substantia certus dominus. Equis, servi, liberi, conjuges vestre, pro libidine comitis afferuntur. Nunc sumius regii petuntur, quibus in Bohemiā pergit. Fatoe, non invia postulatio est, si frans abse, Cantorem me comitis artis ac versutis reddimur.*

Sed hoc prouida nos regi queritur, novum aliquod bellum novum argentum perire. Nostris alius malis sua quiescere, pax ejus, nostrum bellum est. Infiduciam facit nostra securitas. Pudet me patientia nostra, qui si viri esse possem, facile opprobrium hoc è nostris oculis ejiceremus. Sed fuit haec tamen previdita conventione, nunc simus congregatis reipublica licet consulere. Resunite alteros spiritus, amicos quisque, vestros communios reddite, ad imperium prosto cum armis adfint. Accingimini mecum, aut vobis libertatem, aut mihi mortem parabo. Illud in primis mihi ex sua videtur, multitudine ne regi postulata denegat, pacos ex primoribus eligat, qui regem adeuentes semper arbitris provincia necessitates exponent. Non dubium, quin vobis mihi id veniret demandetur. Ego si regis alloquendi facultas detur, exclusum me comitem nequam ambigo. Placet Eizingeri consilium, dant invicem dextras, jurejurando se astringunt alterum alteri non desutrum, donec comes ejiciatur. In conventu provincialium quae volunt ex sententia ordinant. Nec morati, regem adeuentes daturos argentum provinciales offerunt, esse tamen, quae soli sibi mandata perferant, rempublicam Austriae concernentia. Jussis exire ceteris, soli apud regem manent. Ibi Eizingherus regem Austriam sanguine natum dicit, nullos sibi fideliores Austriabibus esse. Imperium ejus illis naturale, ceteris violentum. Consilium ab his recipi oportere, qui amant. Modest ferre Austriales principis sui negotia non bene administrari, expilari provinciam, vexari subditos, vicinorum odia provocari. Comitem ditare suos, regem ad inopiam redigere: Ladislauum regem vocari, comitem regnare, bellum ab eo cum imperatore nutriti. Gubernatorem autem Hungarie annua quatuor & viginti milia nummum regi pendere, comiti duodecim milia. Idipsum reliquos provincialium praesides facere, omnes comiti vegetales esse. Nihil dubium, quin ea mens hominis ad regnum quoque aspireret, amovendum cum priusquam meditata perficiat. In atrocibus delictis etiam cogitationes plectendas esse. Posse haud difficile comitem ejici, veruna taciturnitate opus. Aperto consilio postquam cuncta placent, intromissio comite deliberatio conventus exponitur, promissa pecunia dicatur. Viennam tamen, dum exigitur, esse petendam, ordinandam civitatem, ne quid in absentia regis turbarum exortiatur. Ficta proverbis plerique referunt. Commendat deliberata Comes. Eizingerus Viennam præcurrir, senatum de mente regis edocet, cuius redditus civitati jucundissimus fuit. Nihil prima die adsum. Postera summo mane

Eizinger-

Eizingerus regiam adit, collocatis in proximo divi Augustini templo nille armatis, qui praefto ad signum irrumpant, alios tectis armis intrare palatium jubet. Conveniunt freqventes consiliarii, regem in cubiculo salutant, proceres exituram in aulam expectant. Ex familia comitis nemo intromittitur. Ultimus omnium adest ipse Comes, jvi apud concubinam dormicerat, nec tam cito venisset, nisi vocatus ib amicis in palatio novas res parari accepisset. Pulsanti liores noctuere, donec furens calcibus insultavit. Ilbi ad regem ventum est, silentium aliquandiu servatum. Deinde Eizingerum innuente rege ita oecatum accepimus: *Ab hac hora, Comes, regiam tibi curiam interdicitam cito, abi quo libet gentium: neque posthac gubernatoris nomen, neque consulari, neque regii familiaris usurpes. Hec me tibi dicere rex iusfit: Ad ea Comes nihil mutato vultu, forti & constante animo indignum se cui talia licerentur, respondit.* Emulorum suorum ea esse, non regis, solere principes iyo de Je bentemeriti essent, his meliora referre, se patri Alberto, se matre Elizabeth, se ipsi Ladislao summa fide servivisse, pro eo princeps fudisse sanguinem quam naſceretur. Bella ejus causa difficultima consecisse, fuisse in carcerebus, patrimonium fudisse, imperatoris odium incidisse, ut regnum ei conservaret, scire se benignum regem habere, & accepti beneficii memorem. Quae ticta essent verba, moribus suis non convenire, Eizingerum ea excogitasse, iyo jampridem sibi fuisse infensus, quoniam pro sua libidine expilari regis ratione non potuisset. Orare ne plus inimicorum odio quam sua merita valent, ne bonitatem regiam adversariorum malignitas vinceret. Fit silentium ocuto Comite, non satis certo sentitur, an rex in sententia persistet, & mutatum ejus animum ratione Comitis verebantur, inclinaturi iyo ille se verteret, ex cuius nutu pendere victoriam nondrant. Eizingerus de statu suo sollicitus, nihil cunctandum ratus, priusquam rex comiti responderet. Ita iqvuit: *Ego mandante rege verba feci, nihil de me locutus sum, ipse adiit, ipse me iudicet. Dabo merito punas, si meam ibi, Comes, non regis voluntarem exposui. Et fare tandem Rex optime, nec nos illa suspensoritero. Tum rex placide, ut consvervit, ex mea, inquit, intentione ac voluntate locutus est Eizingerus, atque his dictis subticuit. Vidisses eratas Australium mentes, & jam comiti tanquam viro ejusque insultantes. Ille ad proceres exiens, quos in aula congregatos diximus, ejectionis sue contumeliam exposuit, consilium atque auxilium expetens. Qvibus in voluntate regis omnia sita respondentibus,*

bus, ad sororem regiam se contulit, ab ea præter lachrymas & musiebrem ejulatum nihil extorqvet. Et jam undique per palatium ire armatos animadvertisit. Cedendum itaque potenti invidiæ censuit, neque patrum putavit ex inimica civitate salvum corpus educere. Clientes ejus audita rei novitate sibi quisque fuga contuluerant. Tacitus igitur & confuso similis cum quatuor tantum comitibus ex aula discedens, in patriam suam concessit. Albertus Marchio Brandenburgensis ne populares faxa in eum jacerent, ad portam usque tutum iter fugienti præbuit. Verum quels prohibitæ manus fuere, lingua libertate usi probrofa in abeunte maledicta omnis generis congesere. Inconstantis fortunæ singulare documentum. Nam qui paulo ante tutor regis, & secundum in Austria caput erat, in quem omnium oculi respiciebant, qui belli pacisqve munera solus agebat, unico regis verbo potestate privatus, inops consilii, & animo confusus abiit.

CAP. LXII.

De coronatione Regis Ladislai.

REx paulò post magnificentissimis apparatibus Bohemiam petiit, atque in Praga summos consecutus honores, regni coronam accepit. Bohemi in ejus sumptus suorum quisque censuum tertiam partem contulere. Ex ea pecunia coronationis solennia peracta sunt, supportata curiae onera, & nonnulla corona castra redempta, quæ vel Georgio Poggiebracio, vel amicis ejus commisere. Mansit ibi non parvo tempore Ladislaus, nec unquam hæreticorum ecclesias quamvis rogatus intravit. nec facris eorum interfuit. Presbyter quidam ex factione Rochezanæ, in facello arcis rem divinam facturus, sacerdotali ueste ornatus ad altare condescenderat. Rex eo in loco sacra, quibus intercesserat, celebrare jussit. At ubi hæreticum id munieris occupasse, nec velle alteri locum facere didicit, missio magistro militum, prophanum sacerdotem, nisi abiret, rapi extra facellum, & de proxima rupe præcipitari jussit. Illi charior vita quam contumacia fuit. Rochezanam in celebritate corporis Christi sacram eucharistiam per urbem deferentem ex fenestra conspicatus, nullum reverentia signum præbuit. Percunctantibus amicis ut quid sacramentum inhonestasset?

nestasset? Non me latet, inquit, divinisimum Christi corpus dignius esse quam per me satis honorari posse, nec mea reverentia gloriam ejus auget, neque dishonestas decus imminuit. Verum mihi cavendum, nondum Christum honoro, sacrilegum presbyterum Rochezanam popularibus approbase videar, quorum plerumque mores ex principe pendent. Nec illi me Deum contempnisse putabunt, cujus sacrificium corpus calvici presbyteri manus summis semper honoribus prosecutum videre. Gravis haec etiam factio jam mora regis in Bohemia esse ceperat, cuius sacra ab eo & a ceteris principibus dietim confluentibus contemnebantur. Et jam qui decepti errabant, aliorum contemplati mores, suas inertias cognoscentes, relicta Hussitarum perfidia, ad ecclesiam reverebantur. Ob quam rem cupientem in Austriam reverti regem, nullus haeres rum est adversatus. Prius tamen quam rediret, Utratisaviam nobilem urbem revisit, Slesiarum caput. Ibi cum divinis interesseret in aede pontificali, frequentesque principes convenienter, Poggiebracius quoque proximus regi adstaret, fama est, eaque vulata, Chilianum quendam parasitum ex his, qui stulticium simulan-
es alios stultos faciunt, Poggiebracium his verbis compellasse: Quo uolu sacra nostra respietas plane adverto, animatum non intenor. Fare ob-
cro, nonne satis nitida tibi videtur nostra religio? Vides ne quam multi
et magni principes, & ipse rex noster unum ritum sequantur? Cur non
is potius quam Rochezana consentis? An plus sapere paucos Bohemos, quam
liquam Christi ecclesiam, censes? Quin relicta incondita plebe, nobilitate
jungas nobiliter. At Poggiebracius: Si tua hac sunt verba, inquit,
on es quem simulas, tibi tanquam prudenti respondeo. Sin aliena, satisfa-
re me illis oportet, audi ergo. Ecclesiasticas ceremonias sua quisque pro-
de gerit. Sacrifica ea facimus, que credimus Deo grata. Neque nostri
bitrii est credere, quod velimus. Vista magnis rationibus mens humana,
olens nolensque capit, utique natura instituta est, altera facile trahitur, altera
abitur. Mibi persuasa est meorum sacerdotum religio. Si tuam sequor, ho-
mines fortasse fallam, anima mee contrarius, Deum qui corda inspicit, ne-
veo fallere. Neque me tui similem esse decet. Aliud histrioni, aliud vero
ibili convenit. Hac vel tibi habeto, si sapi, vel his referio, qui te submi-
re. Comes Ciliæ dum hac aguntur fractus animo, & omni spe re-
qua deslitutus, ab eo petere salutem coactus est, cuius saluti fuerat
audiatus. Ad Fredericum igitur confugiens, malo se usum consilio
dicit,

dicit, qui dominum suum reliquerit atque impugnaverit, recepisse se parati sceleris pœnam, regia curia dejectum, & in alienis hospitiis auxilia mendicare coactum. Pœnitere quamvis sero prioris vita, dignus tamen cuius Cæsar misereatur, qui non tam nocuisse quam prodesse possit. Restituturum Austriam, si suo consilio fides sit, nam secum primores provinciae sentire. Petit errati veniam, & in posterum magna pollicetur, si pristinam in gratiam recipiatur. Cæsar cui verba dare difficilimum esset, multa se comitis defectione, passim damna tulisse commemorat, eaqve resarciri expostulat. Neq; Austriam sibi promitti sufficere, qvæ non esset in comitis potestate, si sua qvæ possideret, comes traderet, posse reconciliationem seqvi: fin minus, non placere pœnitentiam, qvæ non sentiret pœnam. Diu res agitata est. Postremo cum Fredericus facta cuperet, comes verba offerret, insector negotio discessum est. Erat per idem tempus inter Franciscum Sforiam Mediolani ducem, & rempublicam Venetorum grave atque atrox bellum. Alphonsus Siciliæ rex Venetos adjuvabat, atqve ob eam causam Florentinos Francisci amicos armis premebat, eumqve Senenses seqvebantur. Nec dubium erat, qvin Francisci conditio multo inferior videretur. Qvod cum ipse adverteret, externa ex Gallis auxilia accersivit, conducto grandi stipendio, Alphonsi æmulo, Renato Lotharingiæ duce, qui paulo ante ex regno Siciliæ fuerat expulsus. Hujus adventu magna fortuna inclinatio facta est, & Venetorum exercitus loco pulsii, debiliores visi sunt. Sensit hæc Ciliae comes, atqve hinc suæ miseriae finem sperare coepit. Missisqve ad Venetos legatis, venturum se cum ingenib; Bohemorum copiis auxilio pollicitus est & finem bello impositurum, si stipendia darentur. Neq; id erat difficile. Nam Bohemi novarum rerum cupidi, & in armis educati, nullo imperio domi teneri queunt, si quis militantibus mercedem offerat. Adhibuerunt aures Veneti. Sed cum longinqva militia multum auri exposceret, oblatam potius cum hoste pacem accipere, quam dubium emere bellum voluerunt. Frustratus iis Comes, postqvam foris nullum exilii sui praedium reperit, per amicos reconciliari Ladislao qvarerit. Neque amplius adversata fortuna est. Invitus Baronibus Eizingherus, qvorum avaricie atqve rapina obsistebat, conservare gratiam regis negquivat, cum illi modo per seiplos, modo per filios, qui regi diu noctuqve, adstabant,

stabant, Eizingerum criminarentur, & indigne pulsum Comitem dicerent, regi propinquum, & qui sibi regnum restituisset, Libuitur ab exilio revocare Comitem.

CAP. LXIII.

De reductione Ulrici comitis Ciliae, & restituzione administrationis sibi factæ.

Comes Ciliae iis gestis, pér amicos clam regi reconciliatur, rever-surusqve Viennam magno & splendido apparatu, mille ducens equites expeditos in armis, adit, venienti rex obviam extra urbem factus est. Primores, nobiles, populares, omnes secuti latare, amplecti, laudare Comitem, certare invicem, contumelio-us ejecerint, an magnificentius revocaverint. Mira rerum mutatio, iij paulo ante moestus in exilium ierat, in triumphantis modum revertitur. Eizingerus, qui culmen potentiarum consecutus eum deje-erat, qvod in alium statuit, in seipsum pati cogitur. Intrante nam-ve urbem comite, ipse cum amicis egrediur, spontaneum exilium igens. Lubricus apud reges primus est locus, nec solida potestas unius plu-nitate subnixa. Ferunt comitem, Eizingeri cognito recessu, lau-isse hominem, qui fortunæ ludibrio se subtraxerit, paratam ei tur-simam fuisse morem, si judicium expectasset. Usurum optimo consilio, si trialis procellas perpetuo declinaverit. Nec tamen sibi ipsi curiae more plu-re, fluxa incertus, omnia esse, omnibus horis instare pericula, acceptans periori anno ignominiam menti sua semper harere, semper ante oculos esse rupem ejectionem, contumeliosum exilium, probrosoa verba, mirari quod in pejora pertulerit: Deo gratias agere, qui sibi pristinum statum reddide-t, satisfactum honori suo esse, nec plura cupere. Mansurum tamdiu apud gem, donec ejectionis infamiam gloriofi redditus rumor extinguat, potentia deinde, & regis amicitiam, & populares aures mallese dimittere quam-rdere. Non tam fortiter ea fecit quam dixit sapienter. Potentiam vi consecutus fuerit nemo tam facile deponit, quam damnat. Re-uent amici, implicat gloriae cupidio, obstat inimicorum metus, semper est qvod crautiare compellit. Facilius Gordii famosum in Asia

nodum

nodus quis solverit, quām potentiae regniqve blandieis sc̄e explicayerit.

CAP. LXIII.

De dolo comitis Ciliae, Joannem Huniadem ab administratione regni Hungarie cupientis amovere.

Hungari postquam regem in Austria rediisse accipiunt, legatos ad eum ē vestigio mittunt, utqve in Hungariam veniat, suum regnum visitatum, petunt. Joannes Huniades per idem tempus Hungariam ferē universam in potestate habuit, regiae arces in manu ejus fuere, eqvestres pedestresque copiae uni ei paruere. Id nonnullis regni Baronibus invidiosum ac molestum erat, atqve in primis comiti Ciliae, qui locum ejus optabat, nec post electionem ab eo promissum acceperat aurum. Criminari ergo Joannem, regi odiolum efficere illum regem ēsse, non Ladislauum, vectigalia ad eum cuncta deferri, munitissima regni oppida, arces, equos, armā, in potestate ejus ēsse. Nihil dubium quin regni coronam querat, si queat per Christianos, conatusrum per Turcas, quibus bis magnos Hungarorum exercitus prouiderit. Palam Turcis infestum videri, clanculum ēssē amicūm. Bis fidem ab eo violatam, reginam Elizabeth, introducto rege Polonia, contra ius faig, repulsa. Polonum, quem accerserat, in bello deserto. Si perget in Hungariam Ladislau, in ejus manu aut vi, aut veneno perirentur. Id solum queri, dum regis in Hungariam transitus petitur. Qui provincias ex arbitrio suo regunt, eos sine fraude dolisue superioris presentiam non expetere, insidias proculdubio in caput regis paratas ēsse. Preveniendum facinus, & in autorem vertendum scelus. Promittendum in Hungariam iter, prius tamen Joannem sub specie pacandi regni ad curiam evocandum, venientem capendum atque necandum, sic Ladislauum paterno regno perfici posse. Tuttissimum illud consilium ac salubre visum, compositis insidiis Joannes ad regem vocatur. Ille ab amicis de fraude certior factus (difficulter enim res magnae silentur) pariturum se regi in Hungaria respondere, iturumqve quocunqve jusslerit, extra regni fines non ēsse obnoxium. Mittuntur igitur ad eum primores curie cum comite Ciliae, qui secundum in finibus Hungariae convenientia ad oppidum Coizie, conveniuntqve

umqve Viennam abducere si nequeant, intra oppidum arte tractum iterfiant. Joannes ad iactum teli cum duobus millibus equitum, onstitit, colloquium in campis offerens. Comes Ciliæ se regis vicem erere ait, gubernatori eos adire, qui regis mandata perferant, hanc indecomum esse, neque se ita ignobilem, ut cedere Joanni debeat, colloquium intra oppidum & quietius & honestius haberi posse. Joannes legationem ad se misum dicere, legatos ei cedere ad quemmittantur, de nobilitate non esse in praenitia certandum. Ceterura in Hungaria, Comites Cilia regni gubernatores sequi solitos, postremo munita se oppida minime ingressorum, nisi presulum intus habeat, aequa ut Comes. Ita rebus infectis discessum. Nova, cinde fraus excogitata. Vicerunt Joannem communes amici, adventus in Viennam promissus, si modo rex principesque nominatim suis literis securitatem facerent. Oblata sunt omnia, quæ optavit. Ille d octo millia passuum Viennæ appropinquant. Ad quem Lamberius nobilis eques jussu Comitis egressus, properare eum festine jussit. Nam enim rex magis comitatu obviam exisset, & cum eo Comes, qui teras publicæ fidei afferret. Motus eo nuncio Joannes, tringita ferre stadia versus urbem profectus est, inspiciensque late campos, cum ieiunem exire obviam cerneret, in propinquâ villa consedit. Tantisper moratum, Comes cum quadraginta tantum equitibus adiit, & regem occurrentem moraretur, equum repente ascendere, feltiareque jussit. Joannes late, inquit, campi patent, neque ego vel regem vel alium quempiam video venientem. Tum Comes astum causatus, regem intra vineas & arbores expectare in umbra dixit. Interrogatus & literis, apud regem eas esse respondit. Intellexit fraudem inesse, oannes, seqve verbis incassum duci. Conversus ad Lambiergium, etc, inquit, mentitus es mihi. Cui Lambierius, Que jussit Comes ea dixi. i quis error inest, ex te argue. Ipse suam causam agat, qui mandavit, mihi avere necessarium fuit. Rursus Joannes Comitem intuens, siccine ludicare homines pergis? Fraude me appetio? ego te uero possem perdere. Incideas in foream, quam fodisti, si vellem. Quis prohibere potest, quin de te odio ultionem accipiam, dignaq, tuis factis pramia reddam? Reverentia tuis te salvum facit, illi tuam vitam dono, non tibi, cave post hac, ne meos ne oculos veneris. Atque ita rursum conveniendi spes adempta. Multa ost haec inter Hungaros & regem agitata sunt, & cum ipso Joanne actiones habitæ. Arces nonnullæ regi redditæ, rex ipse Budam proiectus.

CAP. LXV.

*Decruse signatis, & pugna eorundem contra Turcas,
victoriāmq; apud Albam in Hungaria.*

In terea mortuo Romæ Nicolao V. Pontifice maximo, qui Eugenio quarto successerat, Calixtus tertius Petri cathédram est adeptus. Qui cognita Mahumetis Turcarum imperatoris voluntate, Hungariam sibi armis subjicere cupientis, (jam enim Constantiopolim græciae culmen expugnaverat) Joannem cardinalem Sancti angelii, virum ac idustrium magnanimum, cum legatione in Germaniam misit, Septentrioñis vires in Turcas concitaturum. Coactus es exercitus non tam armatus quam fidelis. Vulgus incomptum, populares inopes, arma sumpsere, quos æternæ vitæ præmia commoverunt: opulent homines, præsenti rerum statu contenti, domi mansere. Odiosus plerumque potentibus sermo divinus: quibus desunt facultates, levis in cœlum volatus. Mahumetes autem Constantinopolitanæ victoria superbus, congregatis ingentibus copiis, in Thracia per Triballos in Hungariam properans, centum quinqvaginta millia pugnatorum ducere ferebatur. Et inflatus opinione sui, tantoq; tumens exercitu, nil dubitare, quin devicta Hungaria, Illyricos penetrare sinus, atque intima rura Liburnorum, & fontem superare Timavi, rerumque caput Italiam atque Romam uno impetu subigere posset. Verum parva urbs, & alioquin ignobilis, tantos ejus conatus retinuit, Taurinum appellavere majores, nostra ætas illam vocat Albam, ad confluentes Danubii Saviqve sitam. Hanc primam oppugnare statuit, propter opportunitatem transeundi fluminis. Joannes Capistranus ordinis Minorum professor, vita sanctimonia clarus, ea tempestate Hungaros in arma publicis sermonibus excitabat. Qui ubi appropinquare Turcas accepit, nihil moratus, in Albam se contulit, haud parvam cruce signatorum manum adducens. Joannes quoque Huniades contractis raptim copiis, eò profectus est. Cardinalis Budæ remansit, auxilia undique ciens. Rex ubi advenisse Turcas cognovit, nec vires Hungaros esse, quæ tantam vim ferre possent, mobiles gentis animos veitus, neque satis tutam Budæ moram arbitratus, sub specie venationis urbem egressus, in Austriam propere se recepit. Turca interim apud

Albam

Albam castram etatus, summis viribus eam urbis partem oppugnare idoritur, quæ platus patuit aditus, dispositisq; tormentis rarae atque insolite magnitudinis priores muros aperuit. Vacuum haud parvum, platum intus erat, usque ad murum alterum. Hic cruce signati stationes habuerunt. Parum tecta armis acies, gladiis hastisq; tantum, hispida, verum ferocitate animi, & celesti auxilio tuta. Ingressi per nuri ruinas Turcæ, atrox cum his prælium commisere. Capistranus ex turri clamitans Christianos hortari, vexillum crucis ostendere, opem de celo promittere, maledicere hostibus, Dei præsentiam impiorare. Huniades modo huc modo illuc cum globo militum currere, instaurare ordines, pro fessis validos, pro sauciis integros sufficere, imperatoris ac militis officium execvi. Pugnatum est summa utriusque vi, modo nostri, modo Turcæ pcedem referre. Audaciores, priuilegii bellatores confossi gladiis cadere, super cadavera passim strata intelligerari, pulsæ extra mœnia hostes. Instante suo imperatore, urgente, castigante, Turcæ iterum irrumpere, iterum pugnare, acriter Christianos in ultimum discrimen adducere. Postremo Christiana virtute repulsi, denuo periculi magis quam pudoris anxii, oppidum cedâ fuga reliquere. Rursus seqventibus cruce signatis, extra muros pugnam instaurare. Mox ex proposito fugere, & quam remotissime ab oppido Christianos protrahere. Interim aciem à latere immittere, quæ reditum in urbem egressis intercipiat, furentes nostri ac vitoria exultantes, in quod præcipitarentur discrimen, non advertere, paulum processuris, & à fronde & à tergo periculum imminere. Vedit ex nuri Capistranus transversam hostium aciem, insidijsq; cognoscens, revocare suos coepit. Cum parum exaudiretur, tympanis ac ubi confundentibns vocem, præceps in pugnam dilabitur, atque inter duas acies, inter tela volantia percurrens, clamoribus ac sighis cruce signatos redire coegerit, apud quos nulla erat Huniadis vel fides vel autoritas, quorum magna pars Teutonica fuit, Hungarico infenissima generi. Fraudati magna spe Turcæ in castra redierunt, cum iuvatuor & viginti horis interdiu noctuq; nunc muros quatientes, iunc manu pugnantes prælium protraxissent. Multi ex utraque parte decidere, plurimi ex Turcis, & hi quidem præstantiores. De casis hostibus varia sententia est. Quidam super quadraginta millia periisse tradiderunt, nonnulli viginti millia causa fuisse affirmant. Alii ad sum-

mum quatuor millia cæsa tuisse dicunt, qvod nobis infrà verum esse videtur. Neque enim in tanto exercitu videti clades ea octiduo potuisse. Major profecto jaætura tantum imperatorem fugere compulit, qui sequenti nocte incensis castris ac machinis, cum toto exercitu trepidus abiit, nec tam audax superbusqve venerat, quam timidus dimissusqve fugam arripiuit. Traditum est sub papilla consossum, salutem desperasse, vulnus ejus obsidioni finem dedisse, inter fugendum plures quam in acie periisse. Victoribus ea tantum præda relata est, quæ non potuit ignis absumere, tormenta scilicet aræa, & arietes ferro graves, machinarumqve ingens vis. Huniades & Capistranus huic bello interfuere, uterque rem gestam scripsit, neque alterius mentionem fecit, alteruter solidam sibi rei gestæ laudem usurpavit. Ingens dulcedo gloriae, facilius contemnenda dicitur, quam contemnitur. Spreverat Capistranus seculi pompas, fugerat delicias, calcaverat avaritiam, libidinem subegerat, contemnere gloriam non potuit. Qui summo Pontifici bellum, atque exitum belli describens, nulla Huniadis, nulla Cardinalis facta mentione, totum suum esse dixit, qvod gestum erat, quamvis Deum in primis Victoriae confessus fuerit autorem. Nemo est tam sanctus, qui dulcedine gloriae non capiatur. Facilius regna viri excellentes quam gloriam contemnunt. Verum paulo post & Huniades & Capistranus alter morbo, alter senio obiere. Felices animæ quibus tam claro peracto prælio, tanto populum favore quasito, ægra relinqueret corpora datum est.

CAP. LXVI.

De interfectione comitis Ciliæ per Ladislauum Huniadum filium patrata.

Ladislaus audita Huniadis morte, svalente Ciliæ comite in Hungariam rediit, duobus sibi ut videbatur æmulis liberatus, altero qui fraude, altero qui vi suum regnum appeteret. Non minus Huniadis obitus, quam Turcarum confictus cordi fuit, qui sublato adversario Hungariam jam sibi parere non dubitat. Cæca humanæ mentis judicia, sape lata pro tristibus, pro latis tristia ducunt, futuri nulla homini certitudo. Nemo novit quid vesper vehat, nemo tam superis ami-

cus

tus est, ut crastinam sibi lucem promittere possit. Multi dum se credidere dejectos, in sublime rapti sunt, multos exilia claros fecerunt, & optata consecutis saepenumero exitio turpitudiniqve fuerunt. Comiti multo salubrius fuerat Huniadem vixisse, qui Hungariam suæ aeci destinatam clausisset. Nunc metu vacuus, regem in Albam ducit, hostium spolia recognitum, & campos visurum, ubi prælia gesta, ubi barbara castra fuere. Eam urbem Ladislauus filius, valido praesidio retinebat. Qui venienti regi, purpuratis, togatisqve portas iperuit, armatorum circiter quatuor milia ab ingressu prohibuit. Hic dum mora trahitur, rem divinam spectante rege, consilium de norte Comitis in abdito conelavi proceres ineunt. Vocatus eo Comes, an iret aliquamdiu hastavit. Exin diploide vix penetranda seruo induitus, proficiscitur. Venientem Ladislauus *proditorem* compellet, qui patri sape necem paraverit, infensumqve sibi regem reddiderit, nunc diem venisse, quo scelerum poenas luat. Sunt qui Comitem prius arguisse Ladislauum dicant tanquam regi rebellem, qui ejus armatos intrare oppidum vetuisset. Illud constat, Comitem arreptum ex manu armigeri gladio, Ladislai caput petentem, nonnullos interjecta manus digitos amputasse, exorto clamore Hungaros arrupisse, defendantemqve se magno animo Comitem multis confossum vulneribus obtruncasse. Nec moratos, ea novitate regem perculsum adeuntes, occisum regni hostem dicere, digna meritis præmia reddita. Regi nihil timendum esse, cuncta ejus imperio parere, nunc regnum ejus incipere, prius apud Comitem fuisse. Rex quamquam vehementer commotus erat tam atroci facinore, supra tamen quam ejus ferebat ætas, dolorem atque vim compressit, nec dubitavit jure cæsum comitem profiteri. Amicis vero circumstantibus, ferendum qvocunque id esset dicentibus: *Aiqui sit necessitas, inquit, exigit. Ferendum est quicquid vitari non potest. Adeptam Comiti vitam redere non possumus. Ille suo fato functus est, nos nunc nostra manent, qua Deus optimus maximus meliora faxit.* Jussitqve defuncti cadaver plastro impositum Ciliam deferri, atque in sepulchris majorum condi-

CAP.

*De laude Joannis Huniadis per Regem Ladislaum
pronunciata.*

Ipse autem rex, Alba relicta comitante Ladislao, Budam repetere statuit, inter eqvitandum ad oppidum Huniadum pervenit. Ibi conjunx Huniadis obviam facta est, ob mortem mariti lugubri ueste induta, pueræque quæ circa eam erant dejectis in terram vultibus, pullis amictibus microrem præ se ferebant. Rex matronam complexus, indigna sunt, inquit, hac uestimenta, qua ob mortem viri sui deferas. Joannes Huniades de morte transiit ad vitam. Ille Hungariam Christo, mibi regnum servavit, Christiani nominis hostes fudit, fugavit, perterruit, pacem Hungaros peperit, salutem cunctis fidelibus aperuit. Fortis ejus facta etiam hostes admirati sunt, & vitam & mortem posteritas consecrabit. In pralio strenuus, domi mitis, in bello vicit hostes, in agritudine se ipsum superavit. Conflito ac manu suas acies sustentavit, perfregit hostiles. Ubi adeisse extrellum vita tempus agnoverit, & urgere vim morbi, non est passus dominicum corpus ad se deferri, neque enim dignum existimavit servum à domino visitari, surrexit è lectulo quamvis labentibus membris, & cum deficiente virtute suis pedibus ire non posset, in adem se vebi sacram iusfit. Ibiq; de more Christiano, si quæ exabant rerum humanarum uestigia, sordium confessione deterret, & sacrosanctam accipiens eucharistiam, inter sacerdotum manus terrena fastidientem animam exhalavit. Et quo illum migrasse credimus, nisi ad eum pro quo tot bella depugnavit? Ad imperatorem sumum perrexit fortis miles, cum Christo regnat, qui pro Christo tot periculis se objecit. Jampridem debitum sibi cœlum tenet, non est cur divinitate fruentem lugere oporteat. Congaudere gaudenti aquius censeo. Faceant intempestiva lachryma, supervacanteij inclusi, absit omnis macror atque inprimis lugubres habitus, pullasque uestes exire. Atqvæ his dictis, purpureas tunicas auro distinctas afferri jussit, easq; viduæ ac filiis dono dedit. Puellas quoque sua dignitate donatas, mutare habitum imperavit, totumq; diem lætitiae dari. Convivia demum splendide apparata, inter epulas & vina saltatum cantatumq; quasi celebres nuptiæ per luxum & jocum actæ.

HISTORIA BOHEMICA.

CAP. LXIX.

De captivitate filiorum Joannis Huniadis, & decollatione Ladislai filii ejusdem senioris.

His blandimentis allecti Huniadis filii, nihil jamdudum ex cæde Comitis in caput suum verti posse confidebant. Itaque posito metu, regem usque ad Budam secuti sunt, aulamque in præmis æstimati cultique frequentabant. Verum amici Conitis egias aures dietim pulsare, illustrem principem avunculum regium sine ausa necatum conqueriri, majestatem gravissime lesam dicere. In ultimum tam itro scelus relinquentium non esse, corrigendum audacem juvenem, ac temerariam audaciam nisi mature coercentur, in furorem veri. Nullum inveniri llementem virum, qui juvenitatem crudelitate insigniverit. Arma in manibus sepharii adolescentis pericula esse, an surum preculdubio etiam in regem, qui egi proximum obturuncaverit. Jam illi regi, audiens factam patrem ejus idem oncupuisse, animum seni, non voluntatem desuisse, gravioresq; atem discrimina queque metiri, juvenem, quodcumque libuit, factu facillimum credere, et equa & iniqua ad regnum tendere. Occurrentum prinsquam malum implius serpat, in Ladislao & facta & meditata inveniri facinora ultimo suppicio digna. Rex sive iis motus, sive suapte natura incensus, designata hora, qva filii Huniadis ambo in regiam concessissent, armata uenenum manu portas claudijubet, adolescentesq; captos in carcere rapit. Cum quibus & Joannes episcopus Varadinensis, rata virtutis et facundiæ, & plerique alii comprehensi sunt, tanquam cædis Comitis & infidiarum, qvæ regi pararentur, consciæ. Ladislaus qvatuor & riginti natus annos, egregio corpore adolescentis, flavis de more crisiibus super humeros passis, revinctis post tergum manibus, talari atque aurea veste induitus, & eadem fortasse qvam sibi paulo ante rex lonaverat, in publicum producitur. Erecta cervice, oculis hinc & illic spectantibus, impavidus atque intrepidus ad supplicium pergit. Ibi ad locum ventum est, quo cervix amputanda erat, jussus genua lectere, pauca prius pro sua excusatione locutus, carnifici paruit. Tacio cui damnatorum crimina publicare mos est, imperato silentio, nihil aliud dixit, nisi eo modo corrigi, qui domino suo infideles essent. Carnifex religata Ladislai coma ne collum impediret, jussus percutere,

nutans labansqve vix tandem qvatuor iætibus candidam cervicem abscidit, atq; ita nobilis adolescens occiso Comiti parentavit. Frater ejus in vinculis retentus est. Episcopus Varadinensis, multum instante Cardinale Sancti angeli, qvi tum legatum apostolicum agebat, Dionysio episcopo Strigoniensi, eidem qvoq; Cardinali & pari legatione fungenti, secundum canones judicandus traditur, de ceteris captivis suspensum judicium, qvi tamen paulo post fractis carceribus evalere. Rex Buda non diu moratus in Austria se recepit, Matthiam Huniadis filium coœvum, captivum ducens. Cum per Strigonium iter ficeret, vocatum ad se Joannem Varadinensem presulem, bono animo esse jussit, iis verbis usus: *Cum essem Buda, feci quod voluerat Barons, neque enim mei juris eram. Qvod recipi, illorum fuit: quod te suppicio culpa libero, meum est. Spectata mihi tua virtus, nihil de te finistrum credi finit. Abi, & quem gesisti haclenus, episcopatum gere.*

CAP. LXIX.

De conjugi Regi tradenda.

IN Austria de conjugi regi tradenda diu cogitatum, multæ virgines offerebantur, tantum conjugium expertentes. Verum nobilissimo regi qvæ coire merito posset, nulla dignior visa est Magdalena, Caroli regis Francie filia, cum propter atatem convenientem, egregiam formam, pudicos mores, tum propter sanguinis excellentiam, raramqve nobilitatem, & majorum ejus late gloriam. Placet legatos mittere, qvi sponsam petant: de loco nuptiis eligendo contentio exoritur, Hungari Budam, Australes Viennam, Bohemi Pragam tantæ celebritati deputandam ajunt. Diu res trahitur, nutant rege. Ob eam causam Georgius Poggiebracius cum otingentis expeditis equitibus in Austria usqve ad Danubium proficisciatur, magna se habere dictans, qvæ regi pandat. Tranare jussus atqve urbem ingredi, *Viennam sibi suspectam* ait. Rogatus per nuncios qvæ velit pandere, negat se alteri quam regi arcana dicturum, non esse ab re trans fluvium regem pergere. Eundumne fuerit, aliquantisper hascitatum. Senatus non placebat, tantum licentia dare subditis, insolentes eo modo fieri, & majestatem vilescere. Ladislauum gubernatoris movebat autoritas, & aliquod sub-
esse

Ité arduum existimabat. Neq; latebat eum honestatem utilitati cede-
re, ac tempori serviendum esse. Pererexit igitur inermis ad armatum,
ria millia equitum secuta, togatus magis quam loricatus exercitus.
Centuria in ulteriori Danubii ripa protensa, dimisso spatio inter bina
astræ, & tabernaculum in medio collocatum, in quo rex cum gubernatore
conveniret. Quatuor diebus colloquium productum est, rex
per noctem in urbem redit. Primus congressus publicus fuit, in quo
alutatio de more facta, & honos regi habitus. In altero atq; item altero,
luc tanquam sermonis testes adhibiti. In quarto semotis arbitris, solus
cum rege Georgius tabernaculum introivit, verba inter eos habita non
int prodita. Ex iis tamen quæ postea secuta sunt, manifestum, de tran-
itu regis in Bohemiam fuisse tractatum. Ubi sermone saepius habito non
oiere voluntates, indignabundus Poggiebraci⁹ minabundusq; retro
in Moraviam iter flexit. Regi haud salubre consilium visum est, dimisisse
iominem male pacatum, quem penes regni potestas esset, qui nocere
potiter ac minari posset. Misit ergo primores ex curia proceres, qui
slacatum retraherent, sin minus, facturum postulata regem promitterent.
Inventus in itinere, nec de reditu verba fieri passus est, nec de
tententia sua quicquam detraxit. Promissus itaq; in Bohemiam re-
gis transitus, & nuptiarum solemnitas Pragæ destinata. Nec dicto fides
lefuit. Ordinatis Austriae rebus etiam ante diem dictam ingenti rex ap-
paratu Bohemiam petiit. Intranti Pragam, Rochezana cum sacrilego
presbyterorum comitatu pomparam dicens, obviam venit, & habita-
ratione, pro fausto feliciq; reditu congratulatus est, vix admonente
Poggiebracio rex gratias egit, hereticum ac pestiferum torvis oculis
clerum inspiciens. Ubi vero majoris ecclesiae sacerdotes sacra ferentes
occurserunt, Hos, inquit, dei ministros agnoscere, atque ab eqvo prosi-
iens, consalutatis omnibus sacram crucem osculatus est. Erant enim
Romanae fidei sectatores, qui pro testamento Dei exilium longo tem-
pore passi, Sigismundi tandem vocazione sua loca recuperaverant.
Haec Ladislai pietas multorum offendit animos, qui Rochezanæ stu-
debant inepti. Suppressum tamen ac dissimulatum odium. Inde
duæ legationes missæ, altera ad Imperatorem Fredericum de pace auctu-
ra, in qua princeps fuit Eizingerus: altera ad Carolum Franciæ re-
gem, ejus filiam petitura. In hac primas partes gesit Ulricus Pata-
viensis præses, moribus ac doctrina prædictus, quem tradunt octo-

ginta equos albicantes duxisse. In ea legatione septingenti equites profecti sunt, quadriga aurata, matronæ ac virgines splendido apparatu, quæ sponsam ducerent, vestes præterea donaque tanto matrimonio digna missa. Tertia quoque legatio ad Calixtum pontificem maximum decretum erat, quæ controversias de religione dirimeret, regnumque Bohemorum Romanæ ecclesiæ conjungeret. Super his quarta cura regis urgebat animum, comparandi contra Turcas validi exercitus, quo tandem nostra ætate scelerati Mahometi superflitio pelli ab Europa posset. Jam de concordia formula cum Frederico convenierat, instruebantur regiae nuptiae maximo sumptu, splendidissimo apparatu, Imperator & Augusta vocati, amba regis forores cum viris eam celebritatem accessuræ ferebantur. Saxonie, Bajoarie, Silesiae, Franconiae, Rheni principes, multi quoque ex Gallia reguli, venturos se promiserant, non solum nuptias ornatos sua præfentia, verum etiam de tuenda republica Christiana contra Turcas acturos. Sed hos tantos cogitatus, has pulcherrimas institutiones, tantum rerum ordinem immatura mors ac repentina regis interruptus. Incertæ vanæque cogitationes hominum, futurum qvicquid circa caligine Deus oculuit, ipse sibi gubernacula retinet universi. Nihil sine suo nutu mortales agitant. Sapienter ab eo justæque cuncta reguntur, sape in conspectu ejus æquissima sunt, quæ nobis videntur iniqua. Nihil perperam, nihil temere divina maiestas agit, nos coeci versamur in tenebris, minimum est quod cernimus. Ad regimen animæ nostræ liberum nauci sumus arbitrium, ad salvandas animas lux reddita Christianis. De regimine civitatum, de mutatione regnorum, de orbis imperio, minimum est quod homines possunt: magna magnus disponit Deus.

CAP. LXX.

De infirmitate & morte Ladislai Regis.

Ladislaus igitur decimo Cal. Decembres, hora circiter duodecima noctis, agrotare cœpit. Sunt qui ulcere pestifero percussum ingvine dicunt, plerique nullum pestilentiae signum apparuisse. Verum mihi ita res conscripta est ab his, qui diligenter

tum

tum medicos, tum cubicularios audire. Sederat in judicio rex, quod de nobilitate inter Poggiebracium & Cernhaoram Moravum magnis contentionibus agebatur, ita ut alter alterum ad duelum provocaverit. Neque de more indutus prodierat, linea tantum indumenta suscepserat, & desuper Persicum habitum, quem vocant *schubam*. Neque toto auditorio ridere visus, tristem vultum notavere omnes. Id signum præfigientis ægritudinis judicatum. Diu in tribunali, cœnavit inter purpuratos, composito ac gravi sermone usus. Post multam noctem in cubiculum ductus, oblatas rapulas, quæ apud Bohemos dulcissimæ sunt, avide comedit, siceramque bibit, sermones haud quaque tristes inter cubicularios miserit. Prisquam lecto decumberet; orationem de more ad superos habuit, qua finita, gravatum se dixit, & stomachum vehementer dolere. Cui unus ex cubiculariis natione Bohemus, *Ascende, inquit, stratum, dolorem somnus excludit.* Paruit rex, quietique se tradidit. Cumque ad horam dormivisset, vocato iterum cubiculario, vim doloris qui sensim cresceret, intolerabilem esse ait. Ille de se judicium faciens, nihil somno melius affirmare, sic dolorem cessurum dicere. Jam noctis hora tertiadecima fermè effluxerat, regi nulla quies dabatur. Ne tamen cubiculariis molestus esset, dolorem in diem tacitus pertulit. Tum medici accersiti, quod suarum partium erat desperata salute fecerunt. Georgius & ipse vocatus percutiari ex rege cur doleret, quid morbi esset, spem bonam præbere, ne sibi ipsi decesset hortari, peteret quæcumque vellet, omnia in arbitrio suo posita, mandaret parere cupientibus. Ad quem rex, *Tu mihi, Georgi, jam pridem cognita fides, spectataq; virtus est, per te Bohemus usque in hanc diem me regem appellavit. Speravi me potius nrum regno, quod ipse paraveras, nunc contra superi jubent. Mihi moriendum est, regnum in tua manu erit.* Duo ex te peto. Alterum, ut provinciales justè regas, pupillis, vñdnis, imbecillisq; rectum judicium patrociniumq; ne subtrahas. Alterum, ut quæ me fecenti sunt ex Austria, cateriq; provinciis, in patriam suam inviolatos remittas. Hoc mibi supremum beneficium ne deneges. Præmaturas regis cogitationes Georgius esse responderet. Futurum brevi sospitem, ex suo arbitrio regnaturum, defneret ea proloqui quæ & sibi incommoda, & aliis forent molestia. Tum rex apprehensâ manu, Aye, inquit, promitte quod expia, nam memori certum est. Si feceris que jubeo, Deum propitium tibi reddam. Neque enim ita vixi, ut cœlum mibi negari putem, pro cœlestibus terrena relinquo,

relinquo, tu cave postulatis adversari. Non potuit tenere lachrymas Poggiebracius, deditq;e fidem facturum, qvod rex imperasset. Finito sermone intromissis sacerdotibus de curatione animæ ætum. Christiano more sacramenta exhibita. Rex ornamenti sua Pragensi ecclesiæ legavit, jussitq;e crines in auri modum fulgentes, ne qva supereffet, vanitas, amputari. Id ministri causas moræ neclentes neglexere. Ubi anima ægra amplius demorari non potuit, sacram candelam petuit, eamq;e manu prehendit, & intuens Salvatoris imaginem crucifixi, orationem dominicam dicere ortus ad finem usq;e perduxit. Pronunciatisq;e ultimis verbis, *Sed libera nos à malo*, nihil amplius locutus, non extrema pati sed quietem arripere visus, mortalis vita lumen reliquit. O imbecille humanæ nature conditionem! O inanem mortalium gloriam. O cœcas hominum mentes! qvid jaetatur? quid extollimus? Quid est qvod dignitates, opes, potentiam, tantopere flagitamus? Perpetuo his frui cui datum? Ladislaus nobilissimus adolescentis duodevigiotti natus annos, in ipso gloriæ culmine, tot regnis, tot gentibus imperans, tot deliciis atque opibus affluens, inter tot auxiliantium manus, intra sex & triginta horas, postqvam ægrotare cœpit, extinctus est.

CAP. LXXI.

*De opinione & causa infirmitatis &
mortis Regis.*

Mortem ejus alii morbo, alii veneno imputavere. Medici Teutones, qvorum potissima corporis cura fuit, in Austriam reversi palam dixerunt, q;am primum egrotare rex capisset, se vocatis manifesta mortis ac veneni signa comprehendisse, neque ansos in aliena terra manifestare que viderant, timuisse potentiam eorum, qvorum scelerer rex pertisset, regi clam aperuisse omnia, respondisse illum non ignorare toxicum datum, silentium imperasse, ne regis morti suam adjicerent. Senatus Viennensis ubi vulgari eam famam animadvertisit, medicorum verbum inde fieri prohibuit, ne Bohemorum adversus se ferociam provocarent. Qui violentam mortem dicunt, Poggiebracium & Rochzanum criminantur. Poggiebracium tum regi fuisse insensum, cum
ad

ad Danubium usque profectus Vianam ingredi noluit, non sine causa suspicatum ei regem fuisse. Conscias mali mentes metu impleri, quaeis integer estanimus, his omnia tuta videri. Ab eo tempore regiae vitæ paratas insidias, Rochezanam nunquam regi placuisse, idque palam factum, cum sicut ante diximus, sacra ferentem contempsit. Nec me latet fama vulgatum esse, idcirco regem apud Pragam nuptiarum célébrationem decrevisse, ut concurrentibus eo Catholicis principibus potenti manu hæreticos comprehendenderet, finemque tandem Hussitarum infanæ daret. Id præfensiſſe Rochezanam & Poggiebra-
cium, necemque regi pro sua salute machinatos. Mibi quid horum verius videatur non facile dixerim, neque certa pro incertis ausim affirmare. Aliorum dicta recenseo, & plura scribo quam credo. Illud con-
stat, præter Rochezanam, cui regiam mortem neinon acceptissimam
judicavit, & Georgium, reliquos regni proceres extincto rege in magno
mœrere fuisse, & publicum toto regno luctum, qui ad VII. Cal. Dec.
continuatus est. Tunc regia pompa peractis exequiis defuncti cor-
pus in sinu proavi sui divi Caroli Romanorum Imperatoris sepultum,
circumvectio per urbem more majorum neglecta. Dum haec scribo,
Alphonsi regis Arragonum, cui præsentem historiam dedicaveram,
multis formidatus, pluribus expectatus, mihi quidem acerbissimus
nunciatus est obitus, V. Calend. Julii clausisse oculo traditur. Hispa-
nia atque Italia rebus aliam formam præbiturus, lugendumque Ca-
mænis satum, & ingens disertis jactura viris. Utinam successori cu-
ra virtutis sit, minorque seculo nostro calamitas ingruat, quam ti-
memus. Nos operi, quod jam regnabit, summam admovemus ma-
num. Georgius ea die, qua inter mortem Ladislai & funeris edu-
cationem media intercessit, accessitis proceribus gubernationem suam
non expirasse regis obitu dixit, provinciam uisque ad Pentecosten
commissam sibi fuisse affirmans. Arma tenenti, nemo finitum mor-
te mandantis imperium objicere ausus. Pragenses gubernationi sue
nihil morati se commisere. Matthias Huniadis filius ex Vienna du-
ctus, qua die rex obiit, Pragam applicuit, atque in potestatem Georgii
factus est. Nec diu postea rex Hungaria designatus, magnis sponso-
nibus dimissus, è carcere volavit ad regnum. Advenæ, qui Ladislauum
secuti fuerant, suam quisque domum petiere.

CAP. LX XII.

*De Georgio Poggiebracio, Rege Bohemorum
sextodecimo.*

EXinde constituta die qva novus rex eligeretur, multi tractatus habiti. Carolus rex Franciæ, qui filiam Ladislao desponderat, regnum alteri ex filiis suis petere aut ei committi, cui filiam trare non deditnaretur. Calimirus rex Poloniae sororem defuncti regis sibi nuptam esse ajebat, eiqve regnum deberi. Par ratione Gulielmus Saxonie dux utebatur, cui soror natu major nupsisset. Fredericus Imperator ejusdem regni ordinationem suam esse affirmabat, in qva feudi solennia neglegēta fuissent. Nec sine spe Sigismundus & Albertus Austriae duces fuere, qui deficiente rege Bohemiæ sine virili sobole ex Austria vocandum veteris fœdere principem norant. Rochezana venenorum sator crebris sermonibus usurpare, aut regem sue professionis eligendum esse, aut si nemo tanto fastigio dignus videtur, Hebraico more judices assumendos, veteris legis exempla memorans. Ubi dies constituta illuxit, auditis legationibus in conventu procurum, utilitate regni discussa, Georgius Poggiebracius rex prōnuntiatur, militia domiqve apprime clarus, cui ad res gerendas nec consilium nec artas decesset. Ea res necati regis maxime suspicionem auxit. Ipse ex prætorio primum in ædem beatæ Mariae, ubi Rochezana prædet, solenni pompa deductus, Deo gratias egit, ibi eque novello regi publica salutatio exhibita. Mira rerum mutatio, & novus syderum influxus. Duo potentissima regna eodem tempore rege orbata, ex nobilissimo atque altissimo sanguine ad niediocres homines pervenire. Sic Deo placuit, ludere fortunam dixisset antiquitas. Nos divinæ providentiae cuncta tribuimus. Utriusque regis electionem nonnulli calumniantur, vim adhibitam dicunt, neqve jure valere quod metus extorserit. Nobis persvasum est, armis acqviri regna, non legibus.

FINIS HISTORIÆ BOHEMICÆ.

INDEX



INDEX CAPITUM.

<i>Cap. I.</i> De situ regionis Bohemicæ, de fluminibus ejusdem, & civitatibus ac de Bohemorum moribus.	pag. 8
<i>Cap. II.</i> De origine gentis Bohemorum	10
<i>Cap. III.</i> De Zechio, primo duce Bohemiae	11
<i>Cap. IV.</i> De Croco, secundo Bohemorum duce.	13
<i>Cap. V.</i> De Libussa filia Croci, quæ pluribus annis rexit Bohemiam.	13
<i>Cap. VI.</i> De Primislao, tertio Bohemorum duce.	14
<i>Cap. VII.</i> De puella Valasca, quæ principatum Bohemiae more Amazonum, septennio potenter obtinuit.	16
<i>Cap. VIII.</i> De puella Sarca, quomodo dolose nobilem Stiradam deceperit, mortique tradiderit.	18
<i>Cap. IX.</i> De Nimislao quarto, ac Mnata quinto, Vorcioque sexto, nec non Vinslao septimo Bohemorum ducibus.	21
<i>Cap. X.</i> De Grezomislao, qui & Nedam dictus est octavo Bohemorum duce. Et gravi bello, quod gesse cum patruo suo Vratislao.	22
<i>Cap. XI.</i> De infidelitate Duringi, qui Vratislai filium sibi commissum interfecit, pænamque condignam dedit	23
<i>Cap. XII.</i> De Nostririco nono, & Borivojo decimo Bohemorum ducibus, qui & ultimus Paganorum ducum fuit, & tandem cum uxore sua fidem Christi suscipiens baptizatus est.	24
<i>Cap. XIII.</i> De situ Moraviae, & Svatocropio, penultimo rege ejusdem, qui & primus Christianus inter reges Moraviae fuit.	24
<i>Cap. XIV.</i> De Spitigneo undecimo, ac Vratislao duodecimo Bohemorum ducibus.	26

R

Cap.

INDEX CAPITUM.

- Cap. XV. De sancto Venceslao martyre , tertio decimo, & fratre suo Boleslao quarto decimo Bohemorum ducibus. 26
- Cap. XVI. De Boleslao quinto decimo Bohemorum duce. 28
- Cap. XVII. De Boleslao sexto decimo Bohemorum duce. 29
- Cap. XVIII. De Udalrico, septimo decimo Bohemorum duce. 30
- Cap. XIX. De Biseſtislao decimo octavo Bohemorum duce. 32
- Cap. XX. De Spitigneo decimo nono Bohemorum duce. 34
- Cap. XXI. De Uratislao viceſimo Bohemorum duce 34
- Cap. XXII. Vratislaus dux Maguntie in regem creatur per Henricum imperatorem quartum, regnoque Bohemiae, Poloniā, Sileſiam, Lusatiam, Moraviāq; adjectis. 35
- Cap. XXIII. De Courado viceſimo primo, Biseſtislao viceſimo secundo, at Boleslao viceſimo tertio, nec non Borzivislao viceſimo quarto Bohemorum ducibus. 36
- Cap. XXIV. De Uladislao viceſimo quinto Bohemorum duce, & Rege secundo. 37
- Cap. XXV. De Sobieslao viceſimo ſexto, & Friderico viceſimo septimo, nec non Conrado viceſimo octavo, ac Biseſtislao viceſimo nono, atque Venceslao triceſimo Bohemorum ducibus. 37
- Cap. XXVI. De Primislao triceſimo primo Bohemorum duce, & Rege tertio. 38
- Cap. XXVII. De Venceslao Bohemorum Rege quarto. Et de Othocaro Bohemorum Rege quinto. 38
- Cap. XXVIII. De sancto Venceslao Bohemorum Rege ſexto. 41
- Cap. XXIX. De Venceslao Bohemorum Rege septimo. 43
- Cap. XXX. De Rudolpho Bohemorum Rege octavo. 44
- Cap. XXXI. De Henrico Bohemorum Rege nono. 44
- Cap. XXXII. De Johanne Bohemorum Rege decimo. 45
- Cap. XXXIII. De Carolo Bohemorum Rege undecimo , qui & postea Romanorum Imperator factus, Carolus quartus dictus. 46
- Cap.

INDEX CAPITUM.

Cap. XXXIV. De Venceslao Bohemorum Rege duodecimo, qui & Rex Regum manorum extitit.	48
Cap. XXXV. De perfidia scita Hussitarum & damnatis articulis professionis illius.	49
Cap. XXXVI. De Johanne Hus, & Hieronymo heresiarchis, in Constantiensi concilio igni traditis.	53
Cap. XXXVII. De morte Venceslai Regis	57
Cap. XXXIX. De Johanne Zischa hereticorum Hussitarum capitaneo, in armis strenuissimo, ac vitoriissimo.	58
Cap. XXXIX. De Sigismundo Bohemorum Rege tertiodecimo & Romano-rum Imperatore.	59
Cap. XL. De civitate Thabor, & exstructione ejus, fratribusq; Thaboritis.	60
Cap. XLI. De Adamitis hereticis.	62
Cap. XLII. Quomodo Sigismundus Bohemiam ingressus coronam regni accepit, minuq; feliciter pugnaverit.	63
Cap. XLIII. De Orcibus hereticis.	64
Cap. XLIV. De multis pralitis & victoriis Johannis Zischa.	65
Cap. XLV. De Johanne Kochzana presbytero heretico.	71
Cap. XLVI. De morte Johannis Zischa.	71
Cap. XLVII. De Orphanish hereticis, qui post mortem Zischa separaveruntur Thaboritis.	72
Cap. XLIX. De expeditione in Bohemiam contra hereticos & rebello per Martinum Papam quintum instituta, & de infelici pugna contra eosdem.	74
Cap. XLIX. De inchoatione Basiliensis concilii, & vocazione Bohemorum ad ipsum concilium, ut fidei sua rationem redderent.	77
Cap. L. Oratio Juliani Cardinales ad Bohemorum legatos responsumq; eorū.	78
Cap. LI. De victoria Bohemorum fidelium, & debellatione morteque Procopii ac aliorum hereticorum.	80
Cap. LII. Quomodo Sigismundus Roma coronatus, post multas dissensiones & bella cum pace & gudio à Bohemis suscipitur.	84
Cap. LIII. De morte Sigismundi Imperatoris, & quem reliquerit in testamento heredem.	89
Cap. LIV. De sepultura Sigismundi Imperatoris.	90
Cap. LV. De Alberto Bohemorum Rege quarto decimo & etiam Romanorum Rege.	98
Cap. LVI. De morte Alberti incliti regis.	98

INDEX CAPITUM.

<i>Cap. LVII.</i> Quomodo Bohemi post mortem Alberti, eligunt in Regem Al-	
bertum Bojoariae ducem, sed electionis consentire noluit.	96
<i>Cap. LIX.</i> De Ladislao infante Bohemorum Rege quintodecimo.	98
<i>Cap. LIX.</i> De morte Barbarae imperatricis, uxoris Sigismundi.	103
<i>Cap. LX.</i> Quomodo Australes Ladislauum regem ab Imperatore petenderet,	
non exanditi, bellum movent, Novamq; civitatem obsident	104.
<i>Cap. LXI.</i> De ejectione Comitis Cilia, & privationis administrationis sue.	106
<i>Cap. LXII.</i> De coronatione Regis Ladislai.	110
<i>Cap. LXIII.</i> De reductione Ulrici, comitis Cilia, & restituitione admini-	
strationis ubi facte.	113
<i>Cap. LXIV.</i> De dolo comitis Cilia Johannem Huniadem ab administratio-	
ne regni Hungariae cupientis amovere.	114
<i>Cap. LXV.</i> De cruce signatis & pugna eorumdem contra Turcas victoriamq;	
apud Albam in Hungaria.	116
<i>Cap. LXVI.</i> De interfictione comitis Cilia per Ladislauum Huniadis filium	
patrata.	118
<i>Cap. LXVII.</i> De laude Johannis Huniadis per Regem Ladislauum pronun-	
cianta.	120
<i>Cap. LXIX.</i> De captivitate filiorum Johannis Huniadis & decollatione	
Ladislai filii ejusdem Senioris.	121
<i>Cap. LXIX.</i> De conjugie Regi tradenda.	122
<i>Cap. LXX.</i> De infirmitate & morte Ladislai Regis.	124
<i>Cap. LXXI.</i> De opinione & causa infirmitatis & mortis Regis.	126
<i>Cap. LXXII.</i> De Georgio Poggiebracio Rege Bohemorum sexto decimo.	128.

FINIS HISTORIÆ BOHEMICÆ.

